

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Hieronymus, Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 197**

**Hieronymus, Sophronius Eusebius**

**[S.l.], [9. Jh.]**

[urn:nbn:de:bsz:31-1685](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-1685)

Domini 9 de Beza  
Eiusdem eplo mto xxxviii  
Sermo de amicitia et  
infirmitate ad fructu ep

1  
1

**DESERAPHIM**

Sex alae unum et sex alteri et duabus quidem uelabant  
faciem eius et duabus uelabant pedes et duabus uo-  
labant et clamabant alter ad alterum et dicebant  
Sēs sēs sēs dñs dñs sabaoth plena est uniuersa terra  
malesitate eius Et eleuatum est super liminare a uoce  
qua clamabant et domus impleta est fumo et dixit Omi-  
ser ego quoniam conpunctus sum quia cum si in homo et immun-  
da labia habeam in medio quoque populi immunda labia  
habentis habitem Et regem dñm sabaoth ego uidi  
oculis meis Et misit sus est ad me unus deseraphim  
et in manu sua habebat carbonem quem forcipe acciperat  
de altari et tetigit os meum et dixit Ecce tetigit hoc la-  
bia tua et auferet iniquitates tuas et peccata tua  
circum purgabit Et audiui uocem dñi dicentis que-  
rit tui et quis ibit ad populum istum et dixi Ecce  
ego mitte me et ait Uade et dic populo huic  
Aure audietis et non intellegitis et cernentes aspici-  
tis et non uidebitis

**HIS INTERPRETATIO HUIUSDEI CAPITULI**

Factum est in anno quomodo tuus est rex ozias  
uidi dñm sedentem supra thronum excelsum et ele-  
uatum Ante quam de uisione dicamus per trac-  
tandum uidetur quis sit ozias quot annis regnauerit  
quoniam in ceteris gentibus sunt coeui et de persona quide-





sicut in regnorum et preteritorum libris legimus.  
fuit uir iustus et fecit rectum in conspectu domini aedifi-  
cans templum. aque ductum fabricans offerens  
uasa per hoc merito aduersarios superans. quod maxi-  
mum pietatis indicium est. habens multos in suo imperio  
prophetas. Hic quamdiu uixit zacharias cognomen-  
tos sacerdos intellegens placuit deo. Et cum omni uenera-  
tione delubrum eius ingressus est. Postquam uero  
zacharias obiit uolens per se offerre donaria.  
Sacerdotalem ordinem non tam pie quam audact  
nuasit. Et reclamantibus leuitis et ceteris  
sacerdotibus. Nonne tu es ozias rex et non sacer-  
dos. Audire noluit. statimque lepra per fusus  
in fronte. secundum prophetae uocem dicentis. imple  
dne facies eorum ignomina. Quam corporis par-  
tem sacerdos aurilamina protegebat quam in  
ezechiel dñs iubet taultere impressione signa-  
ri. de qua dauid exultans dicit. Signatum est  
super nos lumen uultus tui dne. in qua alio filius  
procy funde lapide ictus interit. Regnauit  
autem ozias annis quinquaginta et duobus. quote  
pore apud latinos amulius apud atheniensis agam  
estor imperabat. Post cuius mortem esaias pro-  
pheta hanc uisionem quam nunc nitimus explanare  
uidit. Id est eo anno quoromolus romam imperii con-  
ditor natus est. sicut manifestum esse potuerit his  
qui uoluerint legere temporum librum que nos

2  
in latinam linguam ex greco sermone transfuimus. Et factum est in anno quomortuus est rex ozias. uidi dñm sedentem supra thronum excelsum et eleuatum. Premissa ista historia spiritali sequatur intellectus. cuius causa ista ipsa replicata est. Uuente leproso rege et quantum in se est sacerdotum dissipante e saias uisionem uidere non potuit. Quamdiu ille regnum tenuit in iudea propheta oculos non leuabat ad caelum. Non ei sunt reserata caelestia. Non apparuit dñs sabaoth. nec in ministerio fidei ter sci nomen auditum est. Quando uero ille mortuus est. uniuersa que subsequens sermo monstrauit aperto selumine prodiderunt. Tale quiddam et in exodo scriptum est. Dum pharaon uixit populus israhel ex luti et laceris et palearum opere non suspirauit ad dñm. Dum ille regnauit. nemo quaesuit dñm patrum abraham isaac et iacob. Quando uero ille mortuus est. suspirauerunt filii israhel ut scriptura dicit. Et ascendit clamor eorum ad dñm. cum utique iuxta historiam tunc magis gaudere debuerint. et ante suspirarent cum uiueret. Hezechiel quoque prophetante. falcias filius banahe occubuit. Et post pessimum ducis interitum. cecidi inquit super faciem meam et clamaui uoce magna et dixi. Heu mihi. heu mihi. dñe. consummationem tuam reliquiarum israhel. Si ergo intellegas in ozia. in pharaone et falcia. et ceteris istiusmodi contrarias fortitudines. Uidebis quomodo illis uiuentibus nullus nostrum uideat ac suspiret et in penitentiam corruat. Non regnet aut

ap̄t peccatum inuestro mortali corpore; Regnante peccato  
egiptiis extruimus ciuitates incinere uersamur et sordibus  
prosummento paleas pro solida petra luti opera sectamur;  
Uidi dñm sedentem super thronum excelsum et eleuatum;  
Vidit et daniel sedentem dñm sedentem super thronum excelsum  
et eleuatum; Pollicetur et alibi uox diuina dicens; Ue  
niam et sedebo et iudicabo populos in ualle iosafath. quod inter  
pretatur dñi iudicium; Qui peccator est et mihi similis. <sup>ut</sup> dñm  
sedentem in ualle iosafath non in colle non in monte sed in ualle. & in  
ualle iudicii; Qui uero iustus et esaias similis est. uidet illum sedentem  
super thronum excelsum et eleuatum; Ut autem et aliud  
inferam. Quando mente pertracta uero regnare thronis  
dominationibus angelis ceterisque uirtutibus. Video excelsum  
thronum eius; Quando autem considero quomodo genus dis  
penset humanum. et pro nostra salute sepe descendere dicatur  
ad terram. Uideo humilem et terre proximum thronum eius;  
Uidi dñm sedentem super thronum excelsum et eleuatum et plena  
domus ex maiestate eius et seraphim stabant in circuitu eius. quidam  
autem tam greci quam latini hunc locum exponentes. dñm supra  
thronum sedentem dñm patrem et duo seraphim quae ex uo aq̄  
par te stantia predicantur. dñm nostrum ihm xpm et sp̄m  
sc̄m interpretati sunt. Quorum ego auctoritati quam uis sint  
eruditissimi non adsentio. Multo siquidem melius est. uera  
rustice quam diserte falsa proferre. Maxime cum iob  
euangelista in hac eadem uisione non dñm patrem sed xpm scribat  
esse conspectum; Nam cum de incredulitate iudaeorum diceret.  
statim causas incredulitatis exposuit; Et ideo non poterant

credere meum qui dixit esaias. Aure audietis et non intellegitis.  
 Et cernentes aspicietis et non uidebitis. Haec autem dixit quan-  
 do uidit gloriam unigeniti et testificatus est de eo. In presenti uo-  
 lumine esais ab eo qui sedet in throno iubetur ut dicat aure audi-  
 etis et non intellegitis. Qui autem hoc iubet ut euangelista  
 intellegit xps esse. Unde nunc colligitur non posse xps intellegi.  
 cum xps sit qui sedet et licet in actibus apostolorum aduersus iudeos  
 inter sedesidentes paulus dicat bene sps scs locutus est per esaiam pph-  
 ad patres nostros dicens. Uade ad populum et dic. Aure audi-  
 etis et non intellegitis et uidentes uidebitis et non p- spicietis.  
 In oratione est enim cor populi huius et auribus suis grauter  
 audierunt et oculos suos clauerunt ne quando uideant oculis suis  
 et auribus audiant et corde intellegant et conuertant se et sanent illos.  
 Mibi tamen personae diuersitas non facit questionem cum sciam et  
 xpm et spm scm unius esse substantiae nec alia sps uerba esse quam filii.  
 Nec aliud filium uisisse quam spm. Et plena domus gloria eius.  
 Domus di est quae sita sum est gloria plena conspicitur. haec uero que  
 deorsum est nescio an plena sit gloria. Nisi forte secundum psalmis-  
 te sensum dicentis. Dni est terra et plenitudo eius. Nos quoque  
 dicamus eos in terra plenos gloriae qui possunt dicere nos omnes ex  
 plenitudine eius accepimus. Istam domum sapientes mulieres aedi-  
 ficant. Et insipientes dissipant manibus. O ista et esaias lo-  
 quitur. Et erit in nouissimis diebus manifestus domus dni  
 in summis montibus et eleuabitur super colles. Haec est domus  
 de qua et alibi supra dictus paulus sacra uoce testatur.  
 Et moyses quidem fidelis in tota domo eius quasi famulus inter-  
 timonium eorum quae dicenda erant. Xps uero ut filius

super domum eius cuius domus nos sumus. sic amen principium  
substantiae usque ad finem firmam retineamus. De hac et  
ad timotheum loquitur. Haec autem dico ut scias quem  
admodum oportet te conuertari in domo domini quae est eccle-  
sia. Seraphim stabat in circuitu eius sex algeuni et sex alge  
alteri. et duabus quidem uelabant faciem et duabus uelabant  
pedes et duabus uolabant. Et clamabant alter ad alterum  
dicebant. Sanctus Sanctus Sanctus deus sabaoth plena est uniuersa terra  
gloria eius. Uolumus scire quae sint seraphim stantia in circui-  
tu eius. Quae sex alge unius et simul adiuncte xii. quomodo dua-  
bus uelabant faciem et duabus pedes et duabus uolant. Cum  
superius in circuitu dei stare dicantur. Aut quomodo stent  
in circuitu cum duo sint. Quid sit illud quod alter ad alterum  
clamant et se in nomen ingemunt. Quomodo superius domus  
plena gloria est et nunc terra esse dicatur. Quae cum non  
minimum puluerem moueat. et prima faciem fronte difficulta-  
tem interpretatis obiciant. In commune deum precemur ut inibi  
quoque de altari carbo mittatur et omni peccatorum sordibus deter-  
sa. primum per similes sacramenta conspiciere. dehinc enarrare quod  
uidero. Seraphim sicut in interpretatione nomini hebraeorum  
inuenimus. aut incendium aut principium oris eorum interpre-  
tantur. Quaerimus quid sit incendium. saluator ait. Ignem  
ueni mittere in terram. et quam uolo ut ardeat. De duobus  
discipulis quibus in itinere scripturas dominus aperuit a moysi et om-  
nibus prophetis incipiens. postquam reuerati sunt oculi eorum.  
cognoscentes eum dixerunt ad alterum utrum. Nonne cor nos-  
trum erat in nobis ardens in uia. dum aperiret nobis scripturas.

4

Et inde utero nomio dñi ipse ignis scribitur esse consumens.  
Et me zechiel quoque arenibus usque ad pedes uidetur  
igneus. Et eloquia dñi eloquia casta argentum igne examina-  
tum probatum septuplum. Et multa alia quae fide omnibus  
scripturis uoluerit replicare per longum est. Ergo quaerimus  
ubi hoc incendium salutare nulli dubium quia in sacris uolumi-  
nibus ex quorum lectione uniuersa hominum uitia purgantur.  
Deo quod sequitur principium oris eorum quomodo possit  
ad scripturas referri uereor ne fidere coeperimus non tam  
interpretari quam uim scripturis affertur uideamus initium  
oris sed communis eloqui et hoc omne quod loquimur hebraea  
lingua quae uetus testamentum scriptum est uniuersa antiqui-  
tas tradidit. Postquam uero in fabricatione turris per of-  
fensam dñi diuersitas linguarum adtributa est. tunc sermone  
est uarietas in omnes dispersa nationes. Igitur et incendium  
et initium oris in duobus anim aduertitur testamentis quae  
circa dñi stare non mirum est cum per ea dñs discatur. Sex ale  
um et sexale alteri. Victorinus noster xii apostolos inter-  
pretatus est. Nos possumus et xii lapides altaris quos feru  
non tetigit et xii gemmas ex quibus sacerdotis insigne construc-  
tum est accipere. Quos ezechiel memorauit et apocalipsis  
non tacet. Quorum quid uerum sit dñs uiderit (quid ueri si-  
S mile sequentibus exponamus. Et duabus quidem uelabant  
S faciem et duabus uelabant pedes et duabus uolabant.  
Uelabant faciem non suam sed dñi. Quis enim eius potest  
scire principium? Quidem quam istum conderet mundum  
iterum fuerit in aeternitate. Quando thronos dominationes

potestates angelos totumque mirrarium condiderit celeste. Et dua  
bus uelabant pedes eius non suos sed dñi. Extrema quippe eius quis  
scire potest. Quid post - consummationem saeculi sit futurum.  
Quid post - quam genus hominum fuerit iudicatum. quae sequa  
tur uita an rursus alia futura sit terra. Et post transi  
tio nem alia rursus elementa uel alius mundus solque condendus sit.  
Priora adnuntiate mihi et nouissima quae futura sunt. et dicam  
quia adhi esis. Ait esaias neminem posse quid ante mundum fuerit  
et quid post mundum futurum sit enarrare. Et duabus uola  
bant. Media tantum cognoscemus. quae ex scripturarum nobis  
lectione panduntur. Quando mundus factus sit. quando plas  
matus homo. quando diluuium. quando lex data sit. Ut ex  
uno homine uniuersa terrarum spatia completa sint. Et in  
extremo tempore dñi filius pro nostra salute susceperet car  
nem. Cetera uero quae diximus ista duo seraphim in facie et  
pedibusque texerunt. Et clamabant alter ad alterum. Pul  
chre positum alter ad alterum scs scs scs. Quicquidem in ue  
teri legimus testamento hoc idem in euangelio reperimus. Et  
quod in euangelio fuerit lectitatum. hoc in ueteris testamenti auc  
toritate deducitur. Nihil dissonum nihil diuersum est. Et dice  
bant ser ser ser dñs sabaoth in ambobus testamentis praedicatur.  
Quod autem sabaoth et saluator noster esse dicatur. accipe  
exemplum. In xxiii psalmo uirtutes quae dño ministra bant ad ce  
lestes alias fortitudines per clamabant. ut pandant ianuam dño  
reuerenti. Tollite portas principes uestri. Siue ut aquila  
interpretatur. at tollite portas capita uestra. Pulchre positum  
alter ad alterum sequitur et introiit rex gloriae. Rursum illae

quae indutum carne conspiciunt nouo misericordie stupore factae inter-  
 rogant: Quis est iste rex gloriae? Accipiuntque responsum dñs  
 uirtutum ipse est rex gl'ae. Quod in hebreo scribitur dñs sabaoth.  
 Sciendumque quia ubicumque lxx. in ceptis dñm uirtutum et dñm  
 omni potentem expresserunt. In hebreo sit positum dñs sabaoth.  
 quod interpretatur aquila. Et dñs miliarum. Dñs quoque ipse  
 hic quattuor litterarum est quod propriè in dō ponitur **IAIA** id est  
 duabus ia quae duplicata ineffabile illud et gloriosum dī nomen  
 efficiant. Plena est uniuersa terra gloria eius hoc adhuc ea  
 seraphim dicitur de aduentu dñi saluatoris. quomodo om-  
 nem terram praedicatio illius porrigitur. et apostolorum  
 sonus lumen mundi penetret. Et eleuatum est super liminare  
 a uoce qua clamabant. Legimus in ueteri testamento quod  
 semper dñs ad moysen et aaron ad ostium tabernaculi sit lo-  
 cutus. Quasi ante euangelium nec dum eos in scā scōrum addux-  
 erit. sicut ecclesia postea introducta est dicens. Introduxit  
 me rex in cubiculum suum. Quando ergo dñs noscer descendit  
 ad terras. super liminare illud id est quasi quoddam obstaculum  
 intrare cupientibus sublatum est. et uniuersus hic mundus imple-  
 tur fumo id est gloria dī. Ubi autem in latino eleuatum legimus.  
 in greco sublatum ponitur. Sed quia uerbi ambiguitas in utroq;  
 modo interpretari potest. Noster eleuatum interpretati sunt.  
 pro sublato. Et domus impleta fumo dī ut supra diximus ignis ē.  
 Hic cum in sinu nocte descendisset ad moysen. aduentum eius inde  
 bantur lampades discurrentes et plenus omnis mons fumo. Unde  
 in psalms dicitur. qui tangis montes et fumigabunt. Ex igne  
 ergo qm̄ totam substantiam capere non possumus. leuior quedam

manuer sum mundum. et ut ita dicam rarior fumi natura disper-  
gitur. Quam nos capientes dicamus. ex parte cognoscimus.  
et ex parte prop<sup>h</sup>etamus. Et nunc uidemus in specula in enig-  
mate. Et seraphim stabant in circuitu eius sex a se unum et sex  
a se alteri. Quidam grecorum in scripturis ad prime eruditus.  
seraphim uirtutes quasdam in ce<sup>l</sup>is esse exposuit. Quae  
ante tribunal adstantes laudent eum et in diuersa ministe-  
ria mittantur. Maximeque ad eos qui purgatione indigent.  
et ob pristina peccata aliqua ex parte supplicent. Quod autem  
sublatum est inquit super liminare et domus impleta est fumo.  
signum est templi iudaici destrui et incendi in uersis  
hierusalem. Nonnulli uero in superioribus consentientes  
in extrema parte dissentiunt. Nam super liminare sub-  
latum illa tempora predicantur quando uelum templi  
scissum est. et in uersa domus israhel erroris nube confusa.  
Quando iosephus refert sacerdotem ex abditis templi. uir-  
tutum caelestium audisse uocem. transeamus ex his sedi-  
bus. Est uir quidam a quo ego plura dicis tibi gaudeo.  
et qui hebreum sermonem ita elimit. ut inter scribas  
eorum caldeus existimetur. is longe alia uia ingressus  
est. Ait enim nullum prophetarum extra esaiam ui-  
disse seraphim circa dm stantia. et ne ipsa quidem seraphim  
alibi lectitari. De in consummationis et captiuitatis israhel  
que sub nabucho donosor facta est signum esse premis sum.  
Abozia quippe sub quo propheta re. orsus est. usque ad  
se dechiam qui extremus regnauit. et qui cecus in babilone  
ductus est fuisse rege. xi. et du<sup>o</sup> decimum gocliam quem

6  
constitueret rex babiloniae super terram quam interfecit  
ismahel filius nathanihel inter medias epulas reliquiarum  
patriae patricida. et has esse duodecim alas. equibus fa-  
ciem suam uelent sicut in nonnullis exemplariis inuenitur.  
im uolent im pedes suos contegant. Ex his quippe. xii.  
regibus. im tantum iustus fuisse reges. oziam iotham. eze-  
chiam et iosiam. Qui sublimes per singulas captiuitates glo-  
rificare deum audeant. et deum deum sabaoth. Reliquos  
uero propter peccata uelare faciem. et alios quia in capti-  
uitatem ducti sunt. pedum uelare uestigia. Super limi-  
nare uero sublatum et domum impletam fumo. sicut supra dixi-  
mus cum uisionem israhel et incendium templi exposuit et ut quia  
semel eius cepit referre sententiam etiam qua enecdum amesunt  
tacta contingam. Fortipem de qua altaris sarbo comprehensus est  
et labia purgata. propriam esaias asseruit passionem. Qua subma-  
nas se interfecit rex. Et tunc uero purgatis labiis  
dixit ad deum ecce ego. mitte me. Et dixit. Omnes ego quem  
conpunctus sum donec ozias uiuit. Non intellegis esaias esse  
temerarium non conpungeris non moueris. sed quando ille mor-  
tuus est. tunc animi aduersus immunda habere telabia.  
tunc indignum esse cognoscis uisioni dei. Utinam autem  
et ego conpungar et possit conpunctionem dei dignus effi-  
ciar. Quia cum sim homo et immunda labia habeam  
in medio quoque populi immunda labia habentis habitem.  
Esaias ut iustus tantum in sermone peccauerat. ideo sola  
labia habebat immunda. Ego uero qui et oculis uideo ad con-  
cupiscendum et manu scandalizor et pede. et omnium

membrorum parte delinquo: habeo omnia immunda.  
Et quia semel spū baptizatus tunicam pollui: secundū  
baptismatis purgatione id est ignis indig. eo. Non sunt  
ut quidam putant in scripturis uerba simplicia plurimū  
mibi absconditum est aliud littera aliud mysticus sermo  
significat. Ecce dñs in euangelio cum i<sup>m</sup>gitur linteo pel  
uem ad lauandos pedes discipulorum preparat. serui fun  
git ministeria. Esto ut doceat humilitatem: ut nobis  
in uicem ministremus. Non abnuo non recusō. Quid est  
quod petro recusanti dicit. Nisi lauerō pedes tuos non  
habebis partem mecum. et ille respondit: non solum dñe pedes  
sed manus et caput. Ascensurus dñs caelum: quia apos  
toli ut homines terrae adstantes adhuc habebant  
peccatorum sordibus pedes pollutos: uult eos ad electis  
penitus liberare: ut eis possit propheta<sup>l</sup>is sermo congru  
ere. Quam speciosi pedes euangelizantium pacem et  
imitari ualeant e clausie uerba dicentis. Laui pedes  
meos quomodo inquinabo illos. Ut etiam post resur  
rectionem postea his adhaerit puluis in impiam eum  
excitiam ciuitatem in testimonium laboris. Quod eo  
usque pro omnium salute contenderit facti iudeis  
ut iudei gentibus ut gentiles: ut etiam propria uesti  
gia aliquid ex parte polluerint. Igitur ad proposi  
tum reuertamur. Sicut apli purgatione indiebant  
pedum. Sic quia esaias tantum in sermone peccauit  
erat labia habebat immunda. Et quantum ego ar  
bitror quia ozia in templum in uentem non cor

ripuerat nec iuxta heliae exemplum libera uoce impium .  
 designarat labia habebat immunda in medio quoque po  
 puli polluta labia habentis habitem . Esaias qui conpunc  
 tus est et miserum contestatur purgatione dignus ef  
 ficatur . Populus uero non solum non agens penitentiam  
 sed neciens quidem quia labia habebat immunda purgati  
 onis remedium non mereatur . prouidendum igitur sub  
 hoc exemplo non solum ut ipsi sumus iusti sed ne cum peccato  
 ribus moremur . quia et hoc in peccati ac miseriae pate  
 ducit propheta . Et regem dñm sabaoth ego uidi aiunt  
 iudei esaiam a maioribus suis idcirco interentum quia  
 cum moris posteriora dñi uiderit . hic dñm sabaoth uidisse  
 se scribat . Super hoc dō dicente . nemo faciem meam ui  
 debit et uiuit . Quos interrogaumus quomodo sedis in  
 lege alius prophetis in uisione et somno dicat ostendi .  
 Moris uero facie ad faciem conloqui . Et quomodo stet  
 illa sententia nemo faciem meam uidebit et uiuit .  
 Cum facie ad faciem sed moris locutum es se fateatur .  
 Respondebunt utique . Secundum possibilitatem huma  
 nam dñm uisum non ut est . Sed uoluit se uideri . quibus  
 et nos dicimus ab esaias ita uisum esse . Restante sum  
 ma ut moris dñm uiderit aut non uiderit . Vidit ergo  
 et esaias . uidisse dicens . impius est interfectus a uobis  
 quia dñs uideri potest . Si non uidit interficite et mo  
 ris cum esaias quia eiusdem mendacii reus est . dicit  
 se uidisse eum quem uideri non potest . Quae cum expo  
 sitionem eius loci super moris habuerit intellectum .

Siue aliquis adparatice in caelestibus uirtutes:

Etiam nos ad esaiam temperauimus uisionem: Et missum  
est ad me unum de seraphim et in manu sua habebat car-  
bonem quem forcipe sumpserat de altari et tetigit  
os meum et dixit: Ecce tetigi hoc labia tua et ab-  
stulit iniquitates tuas et peccata tua purgauit. Secun-  
dum omnes editiones quas supra exposuimus siue in duo tes-  
tamenta intellegere uolueris siue in signum captiuitatis  
umbram quandam ueritatis future prefigurata in nunc  
accipe seraphim nos quia primam sententiam sequimur  
euangelicum testamentum missum ad serimum ad prophe-  
tam quod habere uult utraque mandata id est et sua et  
ueteris testamenti. Ignitum sermonem dei duplici pre-  
ceptorum acie comprehendit. Et tactis labiis quicquid  
fuerat ignorantiae hoc siquidem nos labia interpreta-  
mur immunda purgationis suae pepulit ueritate.  
Hanc forcipem iacob in scala conspexit hic est gladius bis  
acutus. Haec duo fragmenta quae mulier uidua mittit in  
domo dei. Hic frater duos denarios habens qui more pis-  
cis reperitur pro domino et petro redditur. Haec duplici  
quae uniois retinetur uirtute. Carbo comprehensus  
mittitur ad prophetam quem et in exviii psal. cum propheta  
domino rogaret dicens: Domine libera animam meam a labiis  
iniquis et a lingua dolosa. Dicitur esse et sagittae po-  
tentis acutae cum carbonibus desolatoris. Scimus pro-  
phetiae esse concessum. Uere quippe dissoluatur carbo  
qui linguam puram facit a peccato sermo diuinus est.  
De quo et mesaia dicitur: Habes carbonem ignis.

sedebis super eos. hi erunt tibi in adiutorium. Et au- S  
 diu uocem dicentis dñi quem mitte tam et quis ibit ad po- S  
 pulum istum. Et dixit ecce ego mitte me. Et ait. S  
 Uade et dic populo huic. Aure audietis et non intel- S  
 legetis. Interrogantis sunt uerba dñi non iubentis. S  
 quem debeat mittere et quisiturus ad populum. Cui  
 facit propheta respondit. ecce ego mitte me. Et post  
 pollicitationem iubetur ut dicat. Uade et dic populo  
 huic. Aure audietis et non intellegitis. et certeniter  
 aspicietis et non uidebitis. et ceteraque ipsius pro-  
 phetae sermo contexit. Audiui ego in hoc loco.  
 non paruam hebrei mei disputationem. cuius pauca  
 ponam ut sensum hominis aduertat. Aiebat demo-  
 rise et esaias quis melius fecerit requiramus. utrum  
 moysi qui cum ad dō mitteretur ad populum ait pre-  
 cor dñe non sum dignus. et rursum per uindalium quem  
 mittat. an esaias qui cum non fuit set electus ultro se ob-  
 tulit dicens. ecce ego mitte me. Nec ignoro dicebat  
 periculosum esse. Desiderorum meritis disputare. et  
 aliquid uel minus uel plus asserere uelle. de eo que  
 dñs coronauit. Sed quia ipse dixit querite et inue-  
 nietis. pulsate et aperietur uobis etiam nos non de  
 aliquo. de trahamus. sed ut scripturę sensum scien-  
 tes. ad eius nos dirigamus exempla. Debemus in-  
 quirere quod pot est facere quaestionem. Quique  
 moysi inquit ad seritorem humilitatem eius prechi-  
 cat. et mansuetudinem quod se indignum iudicans.

ministerio dñi maior effectus sit. esaias uero quia ultro se  
obtulit incipiens prophetare a maledictis cepit. Aure  
audietis et non intellegitis et cernentes aspicietis et non  
uidebitis. Ob quod multa perperis et ab omni populo suo  
insano abominabitur. Cum iterum ei uox diuina dix  
isset et clama sciens quod superiori facilitate seipsum  
offerens pertulisset non ait ecce ego mitte me sed in  
terrogauit quid illud esset quod clamare deberet  
et ait quid clamabo. Cui simile est illud in hieremia.  
Accipe calicem meri huius de manu mea et potionab omnes  
gentes ad quas ego remittam et bibent et uoment et  
insanient et cadent a facie mea et gladii quem mittam.  
Cum audisset propheta non renuit non secum dum ex  
emplum mori dicit. precor dñe non sum dignus et prou  
de alium quem mittas sed amator populi sui et putans quia  
ex potu calicis inimici et gentes interficerentur et rue  
rent calicem meri libenter excepit. Non intellegens  
in omnibus gentibus etiam israhel eam prehendit sed inter  
ceteras nationes et accepit ait calicem de manu dñi. Et  
potionauit omnes gentes ad quas misit me dñs et israhel  
et ciuitates iuda et reges eius et principes eius ad ponen  
das eas in desolationem et in inuium et in sibilationem.  
Pro qua propheta licet in plerisque codicibus ordo per  
uersus sit quid in alio loco dicat. au sculta. Seduxisti  
me dñe et seductus sum tenuisti me et posuisti factus  
sum in derisum tota die. exegi in subsanationem et e con  
trario quia deser tor est dicebat esaias. Illa pferre

et profeta non tam suo merito quam misericordia di  
 confisus postquam seraphima audierat ecce tetigit hoc  
 labia tua et abstulit iniquitates et peccata tua pur  
 gavit. Quod noluit se os aperire et cultro inministe  
 rium di quasi peccatis liberum zelose obtulisset fider  
 Morfes uero quia secularibus eruditus fuerat discipli  
 nis et interfecto egyptio conscientia eius aliqua ex par  
 te sorduerat unde et uox ad eum derubo facta sit  
 dicens ne accesseris huic solue calciamenta de pedibus  
 tuis locus enim in quo stas terra sancta est et scierit sibi  
 aduersus magos aduersus pharaonem pessimum regem  
 futurum certamen se excuississe dicentem. Precor  
 dne non sum dignus pro quo in hebreo legitur non ha  
 beo labia circumcisa. Septuaginta interpretibus  
 potius quam dixi uerbum de uerbo exprimentibus  
 ex quo manifeste posse intellegi etiam recte post cir  
 cumcisa labia in di se obtulisse misterium et morfes  
 adhuc in circumcisis labiis tam grande misterium  
 reuississe. Aure audietis et non intellegatis  
 et cernentes aspicietis et non uidebitis. totus hic  
 locus sicut in euangelio saluator dicit. Ad id per  
 tinet tempus quo ipse descendere ad terram  
 dignatus est signa iudeis non intellegentibus perpe  
 trauit. Et quo usque ad finem capituli ex  
 planatio multiplex sequitur et excipientes iam  
 explicitum est cetera <sup>an</sup> hoc usque die tase  
 sufficiat quia et o <sup>n</sup> littera tase non proprie

manus scilo expolitur. cum se inculta est. tumulto  
molestiori fit siccedium sui prolixitate congeminet. et o  
culorum dolore cruciati auribus tantum studeamus  
et lingua.

JII. HIERONIMVS AD PAPAM DAMASVM DE OSANNA

**M**ulti super hoc sermone diuersa fixerunt. Ex  
quibus noster hilarius in commentariis mathei  
ita posuit. Osanna hebraico sermone significat  
redemptio domus dauid. Primum redemptio lingua  
hebraea ephod interpretatur. Demde domus beth  
Dauid uero in hoc loco non esse nomen insertum omni  
bus patet. Alii opinati sunt osanna gloria dici. Porro gloria  
gaboth appellatur. nonnulli gratia cum gratia thoda siue  
anna nuncupantur. Restat ergo ut omnis opinio in iudicis  
ad ipsum fontem unde ab euangelistis sumptum est re  
curramus. Nam quo modo illud neque in grecis neque  
in latinis codicibus possumus inuenire ut conpleretur  
illud quod dictum est per prophetas. quoniam nazareus uocabi  
tur. Et illud; ex egypto uocaui filium meum. ita  
et nunc in hebreis codicibus ueritas exprimenda est.  
Unde in hanc uocem uulgus et maxime consona inter  
se paruulorum turba proruperit dicente matheo. Tur  
bae autem quae praecedebat. et quae sequebantur. clama  
bant dicentes. Osanna filio dauid. benedictus qui uenit  
in nomine dñi. osanna in excelsis. Marcus uero ita posuit.  
<sup>clamabant dicentes</sup> Osanna benedictus qui uenit in nomine dñi.  
benedictum quod uenit in nomine dñi.

Regnum patris nostri dauid. osanna in excelsis. Iohan  
 nes quoque pari uoce consentit. Et clamabant. osanna  
 benedictus qui uenit in nomine dñi rex israhel. Solus  
 lucas uerbum osanna non posuit. in reliqua interpre  
 tationis parte consentiens. benedictus qui uenit in no  
 mine dñi rex pax in celo et gloria in excelsis. Igitur  
 ut diximus ipsa hebreæ uerba <sup>uobis</sup> ponenda sunt. et omnium  
 interpretum opinio digerenda. quo facilius quid super  
 hoc sentiendum sit ex retractione cunctorum ipse sibi  
 lector inueniat. In centesimo septimo decimo. psalmo.  
 ubi nos legimus. o dñe saluum me fac o dñe bene pro  
 sperare. benedictus qui uenit in nomine dñi. in he  
 breo legitur. Anna. adonai. osi. anna. anna.  
 adonai. as aliena. baruc. abba. basen. adonai. quod  
 aquila simmachus theodition et quinta editione  
 quod in latino mutare uideamur exprimunt. 7  
 ΩΧΗ ΚΥΡΙΕ ΩΩ ΕΩΝΑΕΙ. ΩΧΗ ΚΥΡΙΕ ΕΥΟ ΔΟ ΕΩΝΑΕΙ. ΕΥΛΟΤΕΙ  
 ΜΕΝΟ ΕΡΧΩ ΜΕΝΟ ΕΝΟΝΟΜΑΤΙ ΚΥΡΙ. Δ.

Sola sexta editio cum inter pre tibus. lxxv. ta. con  
 gruit ubi ceteri posuerunt. uae. illi scribserunt. u;  
 Et quia osanna quod nos corrupte propter igno  
 rantiam dicimus osanna salu. <sup>me</sup>fica uel saluum fac  
 exprimat. omnium interpretatione signatus est.  
 Nunc illud incura est. quid sine adiectione saluandi  
 solus anna sermo significet. Sciendum que quia  
 in hoc loco ter dicatur anna. et primū quidem  
 ac secundum ei. idem litteris scribitur.

Aleb. nun. he. Tertium uero. heh. nun. he. Sim-  
machus igitur qui in c. xvii psalmo cum omnium  
interpretatione consenserat. ut nobis manifestiorem  
tribueret intellectum <sup>qui</sup> in c. xv psal. ubi dicitur. odne  
libera animam meam. ita interpretatus est. 7  
Obsecro dne libera animam meam. Ubi autem  
lxxii. et illi. obsecro transfulerunt. aquila. et ce-  
teris. editionibus. c. c. h. interpretantibus in he-  
breo scribitur. <sup>anna</sup> uerum ita ut principio. aleph. habebat  
non heh. Ex quo an. aduertimus si ex. aleph. scriba-  
tur anna. significari obsecro. Si autem ex heh. esse  
coniunctionem siue interiectionem quae apud grecos  
ponitur. Ane cec. in u. candi. caneci. cuius interpre-  
tationem latinus sermo non exprimit. sed qm. emi-  
nens iae et istiusmodi disputationis archanum propter  
barbari. onlingue pariter ac litterarum legenti  
molestiam tribuunt. ad exemplanandi conpendium  
uenio ut dicam de c. xvii psalm. quia manifeste de xpo  
prophebat. et <sup>in</sup> sinagogis iudeorum celeberrime legebatur. 7  
Vnde et <sup>populis</sup> apud <sup>erat</sup> noticius. hos uer. is. esse adsumptos.  
quod ille qui re promittebatur de genere dauid uenerit  
saluaturus israhel. dicente dauid. Lapidem quem  
reprobauerunt aedificantes hic factus est in caput  
anguli. Adno factum est. hic est mirabile in oculis  
nostris. 7 Hec est dies quam fecit dns exultemus  
et letemur mea. Odne saluum me fac. odne bene  
prosperare benedictus qui uenit in nomine dni.

benediximus uobis de domo dñi dñs dñs et inluxit nobis  
 Unde et euangelistarum scriptura commemorat phariseos  
 et scribas hec indignatus quod uiderunt populum psalmi  
 prophetam super xpo intellegere completam. et clamant  
 ter paruulos. **O**sianna filio dauid dixisse ei. **A**ud quid  
 isti loquuntur et iherum. respondis se. numquam legistis quia  
 ex ore infantium et lactantium perfecisti laudem. ex vii  
 psalmi. asser-tionem firman-tem. et de eo quidem  
 quod facile. exprimi poterat. **B**enedictus qui uenit in  
 nomine dñi. omnium euangelistarum scriptura consentit  
 De uerbo uero osianna quia in grecum non poterant trans-  
 ferre sermonem. et implerisq; factum uidemus ipsum he-  
 breum posuerunt dicentes osianna. **L**ucas igitur  
 qui inter euangelistas greci sermonis eruditissimus fuit  
 quippe ut medicus. et qui in grecis euangelium scriberet. quia  
 se uidit proprietatem sermonis transferre non posse. **M**  
 elius est arbitratus tacere quam id ponere quod legen-  
 ti faceret questionem. **A**d summam sicut nos in lingua  
 latina habemus et interiectiones quasdam. ut exultando  
 dicamus uae et in ammirando pape et indolendo heu. **E**t  
 quando silentium uolumus impetrare. strictis dentibus spm  
 coartamus et cogitamus in sonandum ita et hebrei interiectiones  
 quas proprietates linguae suae habent interiectionem.  
 ut quando uolunt dñm deprecari ponant uerbum petentis  
 affectum et dicant anna dñe quod lxx. dixerunt.  
**O**dñe. **U**ci ergo salui. . . fica interpretatur anna  
 interieccio deprecantis est. **S**ic ex duobus ueli conpositu

uerbum facere dices osanna siue ut nos loquimur  
osanna media uocali littera elisa. Sicut facere  
solemus in uersibus idest uirgili quando me ne incepto  
desistere uictam scandimus men incepto. Aleph  
quippe litteram primam uerbi sequentis extrema pri  
oris uerbi a inueniens exclusit. Quappert adques  
tionis originem reuertamur ubi nos legitimus in latino.  
odne saluum me fac odne bene <sup>prospere</sup> complace benedictus qui  
uenit in nomine dni iuxta hebreum sensum legere  
possumus obsecro dne saluum me fac obsecro dne prospe  
ra obsecro dne benedictus qui uenit in nomine dni.  
Saluum autem fac ds ut subaudiatur populum tuum  
israhel siue generaliter mundum. Denique mathe  
us qui euangelium hebreo sermone conscripsit ita posuit.  
Osanna bar rama idest osanna in excelsis. Quod sal  
uatore nascente salus in caelo <sup>id.</sup> usque etiam ad excelsa  
peruenerit pace facta non solum in terra sed et in  
caelo. Ut iam dici aliquando cessaret in hebra  
tus est gladius meus in caelo. Haec interim iuxta  
mediocritatem sensus mei breuiter stricti inq.  
dictaui. ceterum sciat beatitudo tua in istiusmodi  
disputationibus molestiam legendo non debere sub  
reppere. quia facile et nos potuimus ementiri quod  
ex una uoce solueret questionem sicut et ce teros  
fecisse monstraumus sed magis condecet obuerita  
tem laborare pauli. per et peregrino aurem ac  
commodare sermoni. qua de ali ena lingua sic tam  
referre sententiam.

III. HIERONIMUS AD PAPAM DAMASUM DE FIDE  
CUI IN ANTIOCHIA COMMUNICARE  
DEBERET

**Q**uoniam uetusto oriens inter se populorum furore  
 conlissus. in discis sa dñi tunicā . . . et de super tex  
 tā minutatim perfrust <sup>discerpi</sup> a. et xpi uineam ex  
 terminant uulpes. Ut inter lacōs contritos quia  
 quā non habent difficile ubi fons signatus et ortus  
 ille conclusus sit possit intellegi. Ideo mihi cathe  
 dram petri et fidem aplice ore laudatam censui  
 consulendam inde nunc meae anime postulans  
 cibum. Unde olim xpi uestimenta suscepi. neque  
 uero tanta uastitas liquentis elementa et interia  
 cens longitudo terrarum mea preciose margari  
 te potuit inquisitione prohibere. Ubicumque  
 fuerit corpus. illuc congregabuntur et aquile.  
 profligato et sabole mala patrimonio apud uos  
 solas incorrupta patrum seruatur <sup>hereditas</sup> auctoritas. ibi es  
 pite terra fecundo dominici seminis puritatem.  
 Centena fructu refert. hic obruta sulcis frumenta in  
 lolium auenasq. degenerant. Nunc in occidente  
 sol iustitiae oritur. in oriente autem lucifer ille qui  
 ceciderat super st dera posuit tronum suum.  
 Vos estis lux mundi uos sal terre. uos uasa aurea  
 et argentea. hic testacea uasa uellinea uirgam  
 ferream. et eternum operiuntur incendium. Quā  
 quam igitur tui me terre at magnitudo. tamen

inuitat humanitas a sacerdote uictima salutem a pastore  
 presidium ouis flagito. facessat iniuria romani culmini.  
 recedat ambitio. cum successore piscatoris. et discipulo xpi  
 loquor. Ego nullum <sup>id est</sup> primum nisi xpm sequens  
 beatitudinis tuae <sup>id est</sup> cathedrae petri. communionem consorti  
 or. super illam petram. edificatam ecclesiam scio. quicumq;  
 extrahane domum agnum comedent. profanus est.  
 Siquis innoe. a re. a non fuerit peribit regnante diluuiio.  
 et quia profacioribus meis a deam solitudinem commigraui.  
 Quaesitiam iuncto barbarie sine determinat. Nec possunt scm  
 dni tot interiacentibus. spacia scimonuata seper ex. etere. Ideo  
 hic collegatus ex egyptios confessores sequor. et sub. onoratus nauibus.  
 parua uicula delitesco. Non noui uitalem. millesium respuo ignora  
 paulinu. Quicumq; tecum non colligit spargit. Hoc est qui xpi non e  
 antixpi est. Nunc igitur prodalor. post nicena fidem. post alex  
 andriam iuncto pariter occidente decretum triu. i. postaseon ab artia  
 norum p. sile. cassensib; nouellu. a me hominem romano nomen exigitur.  
 Quisita quaeo apli prodidere. Quis nouis magister gentiu paulus  
 haec docuit. Interrogamus quid <sup>tres</sup> postasis posse arbitrentur intel  
 legi tres personas subsistentes aiunt. Respondemus nos ita  
 credere. non sufficit. Sensus ipsum nomen efflagitant. Quia  
 nescio quid uene in silabis late clamamus. Siquis tres i. postasi  
 i. postata hoc est ut tres subsistentes psonas non confite. tur  
 anathema sit. Et quia uocabula non edicimus. heretici iudicamur.  
 Siquis autem i. postasi uisiam intellegens. non trib; psonis unam i. postasi  
 sim. heta. alienus axpo est. et sub hac confessione uobiscum pariter cauterio  
 unomus inurimur. Discer nite <sup>obsecro</sup> ergo si placet non timebo tres i. postasi

dicere si uideris; condatur noua Post cenā fidei et similib; uerbis  
 cum arrianis confiteamur. or to doxi; tāta secularium litterarum  
 scala nihil aliud <sup>ni si uis</sup> i'pofitissimū am nouit. Et quisquā rogo ore sacrilego  
 tres substantias p'dicauit. Una est di sola natura quae uere est.  
 A didemini quod subsistit non habet aliunde <sup>se</sup> ad suum est; cetera quoque creat  
 a sunt etiā si uiderent esse non sunt quia aliquando non fuerunt.  
 Et potest rur sū non esse quod non fuit. Si solus quia eternus est hoc est  
 qui exordiū non habet essentiae nom̄ uere tenet. Idcirco et ad morisen  
 deruboloquit. Ego sū qui sū. et rursum. Qui est misit me. Erant  
 unq; tunc angeli caelū terra uel maris. Et quomodo cōmune nom̄ essentiae  
 ppriū sibi indicat dī. Sed quia illa <sup>sola</sup> est pfecta natura. Et in trib; per  
 sonis dicitur una p'sistit. Quae et uere una natura est. quisquis ita  
 esse hocē tres i'pofitissimū dicit sub nomine pietatis tres naturas conatur  
 adserbere. Et sita est cur ab arrio parietib; se p'ramur p'fida copulati.  
 Iungat. beatitudine tua uisus tuum ambrosio societ' auxentius. Ap' sit  
 hoc a romana fide. sacrilegiū tamē religioſa corda. non hauriant. r.  
 Sufficiat nobis dicere unam substantiam. tres p'sonas subsistentes.  
 pfectas. aequales. coaeternas. taceatur tres i'pofitissimū. Si placet.  
 et una teneatur. Non bonae suspicionis est. cū in eodem sensu uerba  
 dissentiant. Sufficiat nobis memorata credulitas. aut si rectū  
 pietatis tres i'pofitissimū cū interpretatiōib; suis debere nos dicere non  
 negamus. sed mibi ore dicit uenenum sub melle latet. Transfigura  
 uit se angelus satanę in angelū lucis. Bene interpretatur i'pofitissimū  
 et cū id quod ipsi exponunt habere medicam hereticos iudicor.  
 Quidam anxie unum uerbum tenent. Quid sub ambiguo ser  
 mone latitant. si sic credunt ut interpretantur non danno sed i' ten  
 nent. si sic credo ut ipsi sentire se simulant. permitte mihimeis

uerbis suum sensum loquitur. Quam obrem obtestor beatitudinem  
tuam per crucifixam mundi salutem per homo usque trinitatem  
ut mihi epistolis tuis siue tacendarum siue dicendarum in postea con  
detur auctoritas. <sup>& ne forte obscuritas</sup> in qua de deo loqui fallat bauulas litterarum.  
a deuagrium prespiterum quem ob time nostri dignare scripta  
transmittere. Simul etiam cui apud antiochiam de beam  
communicare significos. quia canperentes cunctas sensibus here  
cis copulasti. Nihil aliud ambiunt quam <sup>ut</sup> auctoritate  
communonis uestrae fultores in postea cum antiquo sensu  
predicent.

**T**<sup>III</sup> HIERONIMUS AD DAMASUM

Npor tun<sup>a</sup> in euangelio mulier tandem meruit audiri et  
 clauso camseruis ostio media licet nocte ab amico panes<sup>amicus</sup> ac  
 cepit. **D**s ipse qui nullis contra se superari uiribus  
 potest publican<sup>z</sup> precibus uincitur. **N**in<sup>ue</sup> ciuitas  
 que peccato perit. fletibus stetit. **Q**uod sum ista tã  
 longo repetita principio. uidelicet ut paruum magnus  
 aspicias. ut diues pastor morbidam non contemnas ouem.  
**X**p̄s in paradysum de cruce latronem intulit. et nequis ali  
 quando seram conuersionem putaret. fecit homicidii  
 poena martir<sup>em</sup>. **X**p̄s inquam prodigum filium  
 reuertentem laetus complectitur. et xc viii<sup>sicut</sup> pecudibus  
 derelictis. una ouicula quaeremanserat. humeris boni  
 pastoris aduehitur. **P**aulus ex persecutore fit pre  
 dicator. oculis carnalibus excecatur. ut mente<sup>plur</sup> uideat.  
 et qui uinctos xpi famulos ducebat ad concilium iudeorum.  
 ipse postea de xpi uinculis gloriatur. **E**go igitur  
 ut ante iam scripsi xpi uestem in romana urbe suscipiens.  
 nunc barbaro siriae limite teneor. **E**t ne putet al  
 ternus hanc de me fuisse sententiam. quid merer<sup>e</sup> ipse con  
 stitui. uerum ut ait gentilis poeta caelum non animum  
 mutat. qui trans mare currit. **I**ta me incessabilis  
 inimicus post tergum persecutus est. ut maiora insolitudi  
 ne bella nunc patiar. **H**inc enim presidis fula mun  
 di. arriana rabies fremit. hinc intres partes scissa  
 ecclesia<sup>ad serapode</sup>. festinat monachorum circa commanentium  
 antiqua in me surgat auctoritas. ego interim clamito.

siquis cathedrę petri iungitur <sup>mi</sup> noster est. Miletus  
us uitalis atq; paulinus tibi haerere se dicunt  
possem credere si hoc unus adsereret. Nunc  
aut duo mentiuntur aut omnes. Idcirco ob  
testor beatitudinem tuam per crucem dñi per  
necessarium fidei nostrae decus passionem ita <sup>qui</sup> apos  
tolorum honore sequeris. sequaris et merito. Ita in so  
lio cum duodecim iudicaturis sedear. ita te alius senē  
cum petro cingat. ita municipatum caeli cum paulo  
consequaris. ut mihi litteris tuis apud quem infirma  
debeam communicare significes. noli dispicere ani  
mam. pro qua xps mortuus est.

HIERONIMUS AD PAPAM DAMASUM DESERAPHIM ET

JV. DE CALCULO ET DE QUIS IBIT NOBIS  
Septuaginta. Et missum ad me unum dese  
raphim. Aquila et theodocion. Et uolauit  
unus ad me deseraphim. Cotidie ad nos mitti  
tur seraphim. cotidie in gemescantium atque dicen  
tium. omiser ego qm̄ conpunctus sum. ora purgantur.  
et cum a peccatis fuerint liberati preparant se mi  
nisterio dñi. Quod autem ceteri interpretes  
propter missum esse uolasse dixerunt. intellege  
uelocem diuini sermonis aduentum super eos.  
quidigni societate illius iudicantur. in genere  
quoq; diuersitas est. Lxx. aquila et theodocion. sera  
phim neutro genere transtulerunt. Simma  
chus masculino. Nec putandum sexum esse

et pro

inuitutibus dī. cum etiam ipse sp̄s sc̄s secundum  
 proprietates lingue hebreae feminino genere p̄  
 feratur. sua grece neutro. totū pneuma<sup>l</sup> latine mas  
 culino sp̄s. ex quo intellegendum est quando desupe  
 riorib; disputatur. et masculinum aliquid seu femi  
 ninum ponitur. non tam sexum significari. quam  
 idioma sonare lingue. siquidem ipse dī inuisibilis  
 et incorruptibilis omnibus pene linguis profer tur  
 genere masculino. et cum in eum non cadat sexus.  
 illorum q̄pius licet at tamen coarguendus error.  
 qui in orationibus et oblationibus suis audent  
 dicere. qui sedes super cherubim et seraphim. 7  
 Nam et super cherubim scriptum est sedere dīm; ut ibi.  
 qui sedes super cherubim ostendere. Super seraphim  
 uero sedere dīm nulla scriptura commemorat. 7  
 Et ne ipsa quidem seraphim circa dīm. <sup>in</sup>stantia excep  
 to presenti loco inscripturis omnibus inuenimus. 7  
 Septuaginta. 7 Et in manu habebat carbonem  
 quem forcipe acciperat de altari. et tetigit os meū; 7  
 Aquila. 7 Et in manu eius calculus in forcipe. quem  
 acciperat de altari. et tetigit os meum. 7 Theodotion; 7  
 Et in manu eius calculus in forcipe. quem acciperat  
 de altari et tetigit os meum. 7 Symmachus. 7 Et in  
 manu eius calculus in forcipibus. quem sumpserat de  
 altari. et detulit <sup>euad</sup> os meum. 7 Quantum ad hystoria  
 pertinet. uidetur dī sedere in templo hierusalem.  
 et ante eum de altari secundum lxx. a desaiam

carbo de ferri dealtari uero incensi siue holocaustorū  
Quantum autem admiscitos intellectus ille eis ignis mit-  
tur quem hieremias ferre non poterat. Quicum ani-  
mę nostrę archana penetraret ita nos dissoluit ita  
a ueteri homine in nouum excoquit ut in illam uocem  
possimus erumpere. uiuo autem iam non ego sed gratia di-  
que in me est. Forcipes quoque secundum interpretes  
ceteros licet in sacerdotali semper subpellectile fuerint  
diuersas gratias debemus accipere quibus multi sermone  
et multis modis olim dñs patribus nostris locutus est in  
profetis. Quia in hebreo pro carbone calculus legitur  
ceteris quoque super hoc consonantibus uidetur mihi  
sermo diuini calculi appellatione signari. Sicut enim  
calculus genus est lapidis durissimi et rotundi et om-  
ni puritate lenissimi ita sermo di quineque hereticorum  
neque omnium aduersariorum potest contradic-  
tionibus cedere. Calculus dñs de hoc calculo sephora  
filium circumcidit et tibi populum purgat auitis  
et in apocalypsi dñs pollicetur uincens ut accipiant  
calculum et scribatur super eum nomen nouum.  
Videtur autem mihi et lxx in eo quod antea trans-  
tulerunt idem sensisse quod ceteri antea. ibi x. quip-  
pe quem nos carbunculum interpretamur genus  
lapidis fulgidi adque lucentis quem etiam in duodecim  
lapidibus inuenimus. Siue igitur calculum siue  
carbunculum lapidem accipimus in calculo diuini ser-  
monis ueritas et rigor in carbunculo lucentis doctrina

Rx

et manifesta monstratur .7. Eloquia enim dñi eloquia  
 casta. argentum igne probatum. purgatum septuplum .7.  
 Et alibi mandatum dñi lucidum inluminans oculos .7.  
 Quod autem ait in manu habebat carbonem. manum  
 intellegamus operationem .7. Ut ibi in manu linguae  
 mors et uita .7. Et in psalmo cadent in manu gladii .7.  
 Aut certe uere manus apparuit. ut per similitudinem  
 humanae formae. dum manus cernitur porrigentis  
 propheta non timeat .7. Iuxta quod et ipsum dñm et ange  
 los in humanas uidimus mutas. reformas .7. Ut metus  
 uidentibus demeretur .7. Septuaginta .7. Et dixit  
 ecce tetigi hoc labia tua. et auferet iniquitates tuas et  
 peccata tua purgat .7. Aquila. ecce tetigit hoc labia  
 tua et recedit iniquitas tua. et peccatum tuum propitiabi  
 tur .7. Ceteri interpretes in aquile. uerba consentiunt.  
 Primum necesse est ut labia nostra <sup>tan</sup> contingantur.  
 deinde cum tacta fuerint fugetur iniquitas. & cum iniqui  
 tas fuerit effugata. propitiatur dñs quia apud ipsum e  
 propitiatio. et secundum aptm ipse est propitiatio pro  
 peccatis nostris .7. Purgatis autem peccatis nostris.  
 audiimus uocem dñi dicentis quem mittam. Et respon  
 demus .7. Ecce ego. mitte me .7. Septuaginta .7.  
 Et audiui uocem dñi dicentis .7. Quem mittam. & aut quis  
 ibit ad populum istum. .7. Aquila et dodothion et simma  
 chus .7. Et audiui uocem dñi dicentis .7. Quem mittam.  
 & aut quis ibit nobiscum .7. De conparatione esae et mo  
 rsi. quomodo alius ministerium recusaret. alius ultro

se offerens dura p[ro]p[ri]us sit. In alio loco disputauius ne uide-  
remus aliquid eorū p[ro]terisse quasi uide uocant deuterossis.  
et in quib[us] uniuersā scientiā ponunt. Nam breuē illud ad-  
tingimus. quare in hebreos sit positū. Et quis ibit nob[is] sic enim  
in genesi d[omi]n[us] faciamus hominē ad imaginē et similitudinē nrām.  
**I**ta et hic puto dictū quis ibit nob[is]. Nobis autē quib[us] alius est man-  
dū ē. nisi patri et filio et spiritui scō. Quib[us] uadit quicūq[ue] eorū  
obsequitur uoluntā. Et in eo quidē qd̄ unus loquentis p[er]sona  
p[ro]ponitur. diuinitatis ē unitas. In eo uero qd̄ d[omi]n[us] nob[is] p[er]sonarum  
diuersitas indicat. Legimus in cantico canticorū uocē sponsi  
dicentis ad sponsam. Surge ueni p[ro]xima mea sponsa mea colūba  
mea quia ecce hiemps transit. pluuia abiit sibi. Quando enī anima  
**Q**uondam diues adulescens omnia que in lege precepta sunt  
se impleisse iactabat. ad quem dñs in euangelio. unum tibi  
inquit deest. si uis perfectus esse uade & uende omnia  
que habes. & da pauperibus. & ueni sequereme. **Q**uia omnia  
se fecisse dicebat. in primo certamine diuitias uincere  
non potest. **U**nde & difficulter intrant diuites in regna  
celorum. que expeditos & ad <sup>alacru</sup> lucrum leuitate subnixos  
habitatores desiderat. **V**ade inquit & uende non partem  
substantiae. sed uniuersa que possides. & da non amicis.  
non consanguineis. non propinquis. non uxori. non liberis.  
**P**lus aliquid addam. nihil tibi obmetum inopie  
reseruaueris nec cum anania damn. eris & affiras edda  
cuncta pauperibus. & facti tibi amicos de mammona iniquo.  
quite recipiant in eterna tabernacula; ut me sequaris.  
ut dominum mundi <sup>in</sup> possessionem habeas. ut possis canere  
cum propheta. **P**ars mea dñs. ut uerus leuita nihil deterris  
hereditate possideas. et hoc hortor. si uis esse perfectus.  
si aptus dignitatis. si sublata cruce xpm sequi.  
si ad prehensio aratro non respicere post tergum.  
si in sublime tecto positus. pristina uestimenta contemnis.  
& uenias egiptiācam dominā seti. palliū

derelinquis. 7 Vnde & helias ad celorum regna festi-  
 nans. non potest ire cum pallio. sed mundi immundo uesti-  
 menta dimittit. 7 Sed hoc a sapientibus dignitatis est. & eius  
 qui uelit esse perfectus. 7 Cur qui in seculo primus es. non  
 & in xpi familia primus sis. 7 an quia uxorem habes. 7 ha-  
 buit & petrus. & tamen cum rete eam & nauicula dere-  
 liquit. 7 Proidentissimus dñs & omnium salutem desi-  
 derans. malensque penitentiam peccatoris quam mortem.  
 abstulit tibi & iam hanc excusationem. ut non illa te  
 retrahat ad terras. sed eam sequaris ad paradisi regna  
 tendentem. 7 Bona liberis paras. quite ad dñm pre-  
 cesserunt. ut partes earum non in diuitias sororis pro-  
 ficiant. sed in redemptionem animae tuae atque alimen-  
 ta miserorum. 7 Hec monilia a te filiae tuae expe-  
 tunt. his gemmis. <sup>ornari</sup> capita sua uolunt. quod periturum erat  
 in serico. in uilibus pauperum tunicis reseruetur. 7 Repe-  
 tunt ante partes suas iunctis sponse. nolunt uideri  
 pauperes & ignobiles. priora ornamenta desiderant.  
 nec est <sup>qui</sup> quod excuset nobilitatem. sed diuitiarum pondera. 7  
 Respice sc̃m uirum pammachium. & feruentissimę fidei  
 paulinum p̃br̃m. qui non solum diuitias sed se ipsos dño  
 obtulerunt. qui contra diaboli tergiversationem ne-  
 quaquam pellem propelle. sed carnes & ossa & animas  
 suas dño consecrarunt. quite & exemplo & eloquio  
 id est. & opere. & lingua. possunt ad maiora producere. 7  
 Nobilis es. sed illi. <sup>sed</sup> in xpo nobiliores. 7 Diues & honora-  
 tus. & illi. immo ex diuitibus. <sup>pauperes &</sup> in glari. & idcirco

ditiores & magis incliti. qui pro xp̄o pauperes & honorati.  
Et tūc nequidem facis. quod sc̄orum usibus diceris minis.  
trare. fouere monachos. ecclesiis offerre quam plurima.  
sed hęc rudimenta sunt militis tuę. Contempnis aurum.  
contempserunt & mundi philosophi. Equibus unus ut  
ceteros sileam. multarum possessionum pretium proie  
cit in pelagum. abite dicens in profundum. male cupidita  
tis. ego uos mergam. ne ipse mergar auobis. Philoso  
phus glorię animal. & popularis aurę uile mancipium. totā  
semel sarcinam deposuit. & tūc putes in uirtute culmi  
num conscitum. si partem ex toto offeras. Te ipsum  
uult dñs hostiam uiuam placentem dō. te in quā non tua.  
& ideo uariis temptationibus commonet. quia multis pla  
gis & doloribus eruditur ist̄. et quem diligit dñs corri  
pit. flagellat autem omnem filium quem recipit. Pau  
percula uidua duo gr̄a misit in gazophilatium. & quę to  
tum optulit quod habebat. om̄s dicitur in oblatione mu  
nerum dī superasse locupletes. quę non pondere sua. sed  
offerentium uoluntate. Pensātur; ut multis erogaueris  
censum tuum. ut quidem tua gaudeant libertate.  
tamen multo plures sunt quibus nihil dedisti. Neq;  
enim dari opes & croesi diuitię explere ualent paupe  
res mundi. Quod si te ipsum dño dederis. & aptica uir  
tute perfectus sequi coeperis saluatorem. tunc intel  
leges ubi fueris. & in exercitu xp̄i quam extremum tenu  
eris locum. Non plauxisti filias mortuas. & paternę  
ingenis lacrimę xp̄i timore siccatę sunt. Quanto

et daret

maior abraham. qui unicum filium uoluntate iugulauit.  
 & quem heredem mundi futurum audierat. non desperat  
 etiam post mortem esse uicturum. Septe<sup>h</sup> obtulit filia  
 uirginem. & idcirco in numeratione scorum ab apto poni  
 tur. Nolo tantum<sup>men</sup> ea offeras dno. que potest fur rape  
 re. hostis inuadere. proscriptio tollere. que & accedere  
 possunt & recedere. Ad instar undarum ac fluctuum. asuc  
 cedentibus sibi dominis occupantur. atque ut uno cuncta  
 sermone comprehendam. que uelis nolis in morte dimis  
 surus es. Illud offer. quod nullus tibi possit hostis aufer  
 re. nullae eripere tyrannides. quod tecum pergat ad  
 inferos. immo ad regna celorum & paradisi delicias. Ex  
 struis monasteria. multasque per insulas dalmatis scorum  
 numerus sustentatur. sed melius faceres si ipse scis  
 inter scos uiueres. Sci estote. quia & ego scis sum dicit  
 dñs. Apostoli gloriantur. quod omnia dimiserunt et  
 secuti sunt saluatorem. & certe preter retia & nauem  
 nihil eos legimus dimisisse. & tamen<sup>testimonio</sup> futuri iudicis coro  
 nantur. quia se offerentes totum dimiserunt quod ha  
 bebant. Hec loquor non in suggestione operum tuo  
 rum. uel quod extenuem liberalitatem tuam & elemo  
 sinas tuas. sed quod nolim te inter seculares esse mona  
 chum. & inter monachos secularem. Totumque expetam  
 ate. cuius audio mentem diuino cultui deditam. Si huic consilio  
 nro ut amicus ut ad secula ppinquus sentit. & te ad delicias splen  
 dentis mris reuocat. intellege eum non de tua anima. sed de suo  
 uentre cogitare. & omni opes lauta que conuiuia subita morte

¶ finiri.

ut  
ut

IV

Octo & vii annorum intra xx dies duas filias amisisti.  
& arbitraris senem diu posse uiuere? Cuius uirtus longa  
tendatur. audiet dauid. dies uirtus nostrae. septuaginta anni.  
Si autem amplius octoginta anni. & quicquid super est. la-  
bor & dolor est. Felix & omne dignus beatitudine quem se-  
nectus xpo occupat seruientem. quem extrema dies saluator  
inuenit militare. Quinon confundetur cum loquetur in  
inimicis suis in porta. cui in introitu paradisi dicitur. Rece-  
pisti mala inuita tua. nunc autem hic letare. Nec enim  
ulciscetur dñs bis in eadem. Diuitem purpuratum gehennae  
flamma suscepit. Lazarus pauper & plenus ulceribus cuius  
carnes putridas lambebant canes. & uix de micis mensae locu-  
pletis miseram sustentabat animam. in sinu abrahae reci-  
pitur. & tanto patriarcha parente letatur. Difficile.  
immo impossibile ut presentibus quis & futuris fruatur bo-  
nis. ut & uentrem hic. & ibi mentem impleat. Ut de de-  
licis. transeat ad delicias. ut in utroque seculo primus sit.  
ut in caelo & in terra appareat gloriosus. Quod si talis  
cogitatio scrupulum mouerit. cur monitor ipse non  
talis si in qualem te esse desidero. et non nullos uideris  
in medio itineris contrahere. illud breuiter respondebo.  
non mea esse que dico. sed dñi saluatoris. Non monere  
quod ipse possim. sed quod debeat uelle uel facere. qui  
seruus factus est xpi. Et athlete suis monitoribus  
fortiores sunt. & tamen monet debitor. pugnat ille  
qui fortior est. Noli respicere iudam negantem.  
sed paulum respice confitentem. Jacob ditissimi

et miserabile

et futurus

patris filius. solus & nudus cum baculo suo pergat in me.  
 sopotamiam. iacet lassus itinere. & quidelicatissime  
 a rebecca matre fuerat edocatus. lapide ad caput pro pul  
 uillo utitur. Vidit scalam de terra usque ad celum.  
 & ascendentes super eam angelos & descendentes & desu  
 per innitentem dnm. ut lassus manum porrigeret. ut  
 ascendentes suo ad laborem prouocaret aspectu. Vnde  
 & uocatur locus ipse bethel. id est domus di. in qua cot  
 tidie ascenditur atque descendatur. Et sci enim cor  
 ruunt si fuerint negligentes. & peccatores pristinum  
 recipiunt gradum. si sordida <sup>des</sup> fletibus lauerint. Hoc  
 ideo dico. ut non te terreant descendentes. sed prouocent  
 ascendentes. Numquam exemplum a malis sumitur.  
 & iam in secti rebus semper a meliore parte incitamenta  
 uirtutum sunt. Oblitus propositi & epistolaris  
 breuitatis. plura dicere cupiebamus. Ad materis  
 quippe dignitatem & ad meritum personae tuae. parum  
 est omne quod dicitur. Et ecce tibi ausonius noster  
 cepit scedulas flagitare. urgere notarios. & in nitu  
 feruentis equi ingem. olim mei festinus arguere tar  
 ditatem. Memento igitur nostri. & cura ut  
 in xpo ualeas. atque ut cetera taceam. Domestice scilicet  
 uere exempla sectare. quae uere xpm secuta. peregrin  
 nationis molestias sustinet. Sic tibi tanti dux femina  
 facti. amen.

JXII. HIERONIMUS AD RIPARIUM PRESBITERUM

**M** acceptis litteris tuis. primitus non respondere.

superbiſ est. reſponde<sup>re</sup> temeritatſ. ⁊ Dehuſ enim re  
 buſ interrogat. quaſ. & proferre & audire ſacrilegum  
 eſt. ⁊ *Αἰς* uigilantiū. *ΚΑΤΑ*. *ΑΝΤΥ* *ΦΡΑCΙΝ*. hoc uo  
 catur nomine. nam dormitantiuſ rectiuſ diceretur.  
 of foetidum ruruſ aperire. ⁊ putorem ſpurciſſimū  
 contra ſcōrum martirum proferre reliquiaſ. ⁊ Et  
 noſ queaſ ſuſcipimur appellare cinerarioſ & idolatraſ.  
 qui mortuorum hominum oſſa ueneremur. ⁊ O infe  
 licem hominem & omni lacrimarum fonte plangendū  
 qui hec dicit. non ſe intellegit eſſe ſanaritam. & iudeum.  
 qui corpora mortuorum pro immundis habent. ⁊ etiam  
 uafa quae in eadem domo fuerint. palluta ſuſpiciuntur.  
 ſequentes occidentem litteram. & non ſp̄m uiuificantem.  
 Noſ autem non dico martirum reliquiaſ. ſed ne ſolem quidem  
 & lunam & <sup>non</sup> angelos & archangelos. non cherubim. non ſeraphim.  
 & omne nomen quod nominatur. In preſenti ſaeculo & in futuro  
 colimus & ueneramur. ne ſeruiamus creaturae potiuſ quam crea  
 tori. qui eſt benedictuſ in ſaecula. ⁊ Honoramus reliquiaſ  
 martirum. ut eum cuiuſ ſunt martireſ adoremur. honora  
 mus ſeruos. ut honor ſeruorum redundet ⁊ ad dñm quiaat.  
 Qui uoſ ſuſcipit. me ſuſcipit. ⁊ Ergo petri & pauli reliquiaſ  
 inmundae ſunt. ⁊ Ergo moſiſ corpusculum inmundum erit.  
 Quod iuxta hebraicam ueritatem ab ipſo dño ſepultum eſt.  
 Et quotiens cumq; apoloſorum & prophetarum & omnium  
 martirum basilicas ingredimur. toties idolorum templa  
 ueneramur. accenſiq; ante tumuloſ eorum cerei idolatrie  
 inſignia ſunt. ⁊ Plus aliquid dicam. quod redundet in aue

at  
 oram

totis caput. & insanum cerebrum uel sanet aliquando uel doleat.  
 ne tantis sacrilegissimorum animae subuertantur. Ergo & cor-  
 pus dñi in sepulchro positum immundum fuit. & angeli qui incan-  
 didis uestibus uidebantur. mortuo cadauere atq; polluto prebe-  
 bant excubias. Ut post multa secula dormitantiis somnaret  
 limbo eructuar & limundissimam crapulam. & cum iuliano  
 persecutore. scōrum basilicas aut destrueret. aut in templa con-  
 uerteret. Miror sc̄m ep̄m incuius parrochia esse p̄b̄ dicit.  
 ad quiescere furori eius. & non uirga apostolica uirgaq; ferrea  
 confringere uas inutile. & tradere in interitum carnes ut sp̄s  
 saluus fiat. Memineritq; illius dicti. uidebas furem & con-  
 currebas cum eo. et cum adulteris portionem tuam ponebas.  
 Et in alio loco. In matutino interficiebam omnes peccatores terrae.  
 ut disperderem de ciuitate dñi omnes operantes iniquitatem.  
 Et iterum nonne odientes te dñe odio habui. & super inimicos tuos  
 tabescebam. perfecto odio oderam illos. Si non sunt honorande  
 reliquiae matrisum. quomodo legimus pretiosa in conspectu dñi  
 mors scōrum eius. Si ossa eorum pollunt contingentes. quo  
 modo heliseus mortuus mortuum suscitauit. & dedit uitam  
 quod iuxta uigilantium iacebat immundum. Ergo omnia casta  
 israhelici <sup>exort</sup> populi & populi di fuerunt immunda. quia ioseph & patri-  
 archarum corpora portabant insolitudine. & ad sc̄am terram in-  
 mundos cineres retulerunt. Ioseph quoq; in t̄po procedens dñi  
 & saluatoris nostri. sceleratus fuit. qui tanta ambitione iacob in  
 hebron ossa portauit. ut immundum patrem auo & a uo sociaret  
 immundis. & mortuum mortuis copularet. Precidenda lingua  
 a medicis. immo insanum curandum caput. ut loqui quinescit.

discat aliquando reticere. 7. Ego uidi hoc aliquando portentam  
& testimonis scripturarum quasi uinculis ꝛ ꝑociatis uolui ligare  
furosum. sed abuit excessit. euasit. erupit & inter adriae fluctus  
gothici que reges alpes in nos declamando clamauit. 7. Quicquid  
enim amens loquitur. uoci feratio & clamor est appellandus. 7.  
Tacita me forsitan cogitatione reprehendas. cur in absente inue  
hi ar. 7. fateor tibi dolorem meum. sacrilegium <sup>patienter</sup> tantum. audire  
non possum. 7. Legi enim siromasten sine es. auctoritatem helie.  
zelum simonis chananei. petrisse ueritatem. ananiam & saphi  
ram trucidantis. pauli constantiam. qui elim magum uis dñi  
resistentem. aeterna cecitate damnauit. 7. Non est crudelitas  
pro dō pietas. unde & in lege dicitur. 7. Si frater tuus & amicus  
& uxor tuae est in sinu tuo deprauare uoluerit. te aueritate.  
sit manus tua super eum. & effundat sanguinem ipsorum ut au  
feras malum de medio israhel. 7. Iterum dicā ergo martirum  
inmundi sunt reliquie. & quid passi sunt apostoli. ut in  
mundum stephani corpus tanta funeris ambitione prece  
derent. & facerent ei planctum magnum. ut illorum luc  
tus in nostrum gaudium uerteretur. 7. Nam quod dicit eum  
uigilias execrari. facit & hoc contra uocabulum suum. ut ue  
lit dormire uigilantius. & non audiat saluatorem dicentem.  
sic non potuistis una hora uigilare mecum. 7. Uigilate & ora  
te. ut non ueniatis in temptationem. 7. Sp̄s promptus. caro  
infirma. 7. Et in alio loco propheta de caritate media nocte con  
surgebam ut confiterer tibi super iudicia iustitiae tuae. 7.  
Dñm quoq; in euangelio legimus per noctas se. & apostolos  
clausos carcere tota nocte uigilasse. ut illis psallentibus

terra quateretur. custos carceris crederet. magistratus & ciuitas  
 terrentur. Loquitur paulus orationi insistite. uigilanter  
 mea. & in alio loco in uigiliis frequenter. Dormitet itaq;  
 uigilantius. & ab exterminatore aegypti cum egyptus dormiens  
 suffocetur. Nos dicamus cum dauid; non dormitabit neq; obdor  
 met quicustodit israhel. ut ueniat ad nos scs & hinc quinter  
 pretatur uigil. & si quando propter peccata nostra dormierit.  
 dicamus ad eum. Exsurge quare obdormis. Excitemus q; illum  
 & nauicula fluctuante clamemus. Magister. saluos nos fac. pe  
 rimus. Plura dicere uolueram. si non epistolaris breuitas pудо  
 rem nobis <sup>tacendi</sup> inponeret. & si tui librorum eius ad nos uoluisset mitte  
 re caritilenas. ut scire possimus ad qua re scribere deberemus.  
 Nunc autem aerem uerba uimus. & non tamen illius infideli  
 tem. quae omnibus patet. quam nram fidem aperuimus.  
 Ceterum si uolueris nos longiorem aduersus eum librum scribere.  
 mitte nenas illius & ineptias. ut iohannem baptistam audiat  
 predicantem. lam securis ad radicem arborum posita est.

omnis arbor quae non facit fructum bonum excidetur & in igne mittetur.

**XXIII** HIERONIMUS AD CAS TORINAM MATRTERA

Iohannes idem apostolus & euangelista in epistola sua ait. Qui  
 cumq; odit fratrem suum. homicida est. Et recte cum homi  
 cidium ex odio sepe nascatur. Quicumq; <sup>odit</sup> etiam si gladio nec  
 dum percusserit. animo tamen homicida est. Cur aut tale  
 principium. scilicet ut ueteri sancore deposito. mundum pecto  
 ribus do paremus habitaculum. Irascimini inquit dauid &  
 nolite peccare. Hoc quod uelit intellegi apostolus plenus in  
 terpretatur. Sol non occidat super iracundiam uestram.

quid agimus nos in die iudicii. super quorum iram. non unus dies.  
sed tantorum annorum sol testis occubuit. 7 Dñs loquitur in euan-  
gelio. si offers munus tuum ad altare. ibiq; rememoratus fueris quia  
frater tuus habet aliquid aduersum te. uade reconciliate prius  
fratri tuo. & sic offeres munus tuum ad altare. 7 Ne mihi misero  
nec dicam tibi. quāto tempore aut non obtuli<sup>mus</sup> munus ad altare.  
aut ita permanente sine causa obtuli<sup>mus</sup>. 7 Quomodo in cot-  
tidiana prece umquam diximus. dimitte nobis debita nostra.  
sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. animo discor-  
dante cum uerbis. oratione desidente cum factis. 7 Precor itaq;  
quod & ante annum prioribus litteris rogaueram. ut pacem  
quam nobis dñs reliquit habeamus. & meum desiderium &  
tuam mentem xps intueatur. 7 In diei ante tribunal eius re-  
conciliata seu scissa concordia. aut premium re<sup>cu</sup>perabit. aut  
poenam. 7 Quod si quod procul absit nalueris. ego liber ero.  
epistola mea haec cum lecta fuerit absoluet.

ut. discrep. uice

**XIII.** **HIERONIMUS AD SALVINAM**  
**V**ereor ne officium putetur ambitio. & quod illius exem-  
plo facimus quiait. diserte a me quamitis sum & humilis  
corde. gloriae facere appetitione dicamur. 7 & non uiduam  
alloqui in angustiis constitutam. sed aulae nos insinuare regali.  
& sub occasione sermonis. amicitias potentium quaerere. 7  
Quod liquido non putabit quis scierit esse preceptum personam  
pauperis non accipies in iuditione <sup>b</sup>supre textu misericordiae  
quod iniustum est iudicemus. 7 Vnumquemq; enim nrm non  
hominum sed rerum pondere iudicandum est. 7 Nec diuiti ob-  
sunt opes si bene eis utatur. nec pauperem egestas commendabi

4 48


liorem facit. si inter sordos & inopiam peccata non caueat. 7  
Utriusq; nobis testimonium & abraham patriarcha: & cotidiana  
exempla subpeditant. 7 Quorum alter in summis diuitis ami-  
cus di fuit. alii cotidie in sceleribus deprehensi. poenas legi-  
bus sol uunt. 7 Adloquimur legit pauperem diuitem.  
sciat ipsa que possidet. 7 Neq; enim marsupium eius discuti-  
mus. sed anime puritatem. 7 Loquimur ad eam cuius faciem  
ignoramus & uirtutes nouimus. quam nobis fama commendat.  
cuius uenerabiliorem pudicitiam adulescentia facit. 7 Que  
mortem iuuenis mariti sic fleuit. ut exemplum coniugi de-  
derit. sic tulit ut eum profectum crederet. non amissum. 7  
Orbitatis magnitudo. religionis occasio fuit. Nibridium suum  
sic querit. ut in xpo presentem nouerit. 7 Cur ergo ad eam  
scribimus. quam ignoramus? Triplex nimirum causa est.  
prima qua pro officio sacerdotu. omnes xpianos filiorum loco  
diligimus. & profectus eorum nostra est gloria. 7 Altera  
qua pater defuncti intima mihi necessitudine copulatus fuit. 7  
Extremaq; et ualidior quod filio meo auito roganti. negare  
nihil potui. qui crebris litteris interpellatricem duri iudi-  
cis superans. Et multorum mihi ad quos ante super eadem ma-  
teria scripseram exempla proponens. ita suffudit pudorem  
negantis. ut plus considerarem quid ille cuperet. quam quid  
me facere conueniret. 7 Alius forsitan led & nibridium  
quod de sorore generatus augustae. & in mater terae nutritus  
sinu. In uictissimo principi ita carus fuit. ut ei inobilissima  
coniugem quereret & bellis ciuilibus affrica disidentem.  
a cael<sup>is</sup> obsidem. <sup>sibi</sup> fidam redderet. 7 Mihi a principio statim

illud est predicandum. quod quasi uicine mortis prescius in  
terfulgorem palatu & honorum culmina. que statem ante  
ibant. sic uixit ut se ad xpm crederet profecturum. 7 Sacra  
narrat historia cornelium centurionem cohortis italice  
intantum acceptum do. ut angelum ad eum mitteret. & omne  
misterium quo petrus de circuncisionis angustus transferbatur  
ad preputi latitudinem. ad illius merita pertineret. qui prius  
ab apostolo baptizatus salutem gentium dedicauit. 7 Scriptum  
est de eo. 7 Erat uir quidam in cesarea nomine cornelius centurion  
cohortis que dicitur italica. religiosus & timens dm. cum om  
ni domo sua. faciens elemosinas multas plebi. & orans dm sep.  
Quic quid de illo dicitur. hoc nomine commutato in iudicio  
meo uindico. 7 Sic religiosus fuit & amator pudicitiae. ut  
uirgo sortiretur uxorem. 7 Sic timens dm cum uniuersa  
domo sua. ut oblitus dignitatis omne consortium cu  
monachis haberet & clericis. tantasq; elemosinas faceret  
in populis. ut fores eius pauperum atq; debiliu obside  
rent examina. 7 Certe sic semper orans dm. ut illi quod op  
timu esset eueniret. 7 Raptus est ne malitia inmutaret  
mentem eius. quia placita do erat anima illius. 7 Vnde  
et ego possum uere super eo abire apostoli uoce dicentis.  
In ueritate cognouit quia non est personarum acceptor ds.  
sed in omni proposito qui timet dm. & operatur iustitiam.  
acceptus est illi. 7 Nihil nocuit militanti. paludamentum.  
& balthus. & apparitorum caterue. quia sub habitu alte  
rius alteri militabat. 7 Sicut e contrario nihil prodest alius  
uile palliolum. furua tunica corporis in gluues. et si

49  
 mulata paupertas. si nominis dignitatem operibus destruant. Legimus & in euangelio de alio centurione dñi testimonium. nec in israhel tantam fidem inueni. Et ut ad superiora redeamus. Ioseph qui & in egestate & in diuitiis dedit experientia uirtutum. qui seruos & dominos docuit animum libertate. nonne post pharaonem regis ornatus insignibus sic dō carus fuit. ut super omnes patriarchas duarum tribuum pater fieret. Danhel & tres pueri. sic preerant babilone operibus. & erant inter principes ciuitatis. ut habitu nabuchodonosor. dō mente seruirent. Mardocheus & hester inter purpuram sericum & gemmas. superbiam humilitate uicerunt. Tantique fuere meriti. ut capti uictoribus imperarent. Haec illo tendit oratio. ut ostendam iuuenem meum coniunctione regalis sanguinis & affluentia diuitiarum atque insignia potestatis. materiam habuisse uirtutum. Dicente ecclesiasten. sicut protegit sapientia. sic protegit pecunia. Nec statim illum huic testimonio putemus aduersum. Amen dico uobis difficile diues intrabit in regna caelorum. Et rursum dico uobis. facilius camelum per foramen acus transire. quam diuitem intrare in regnum di. Alioquin. zacheus. publicanus. quem ditissimum scriptura commemorat. contra hanc sententiam saluatus uidebitur. Sed quo modo quod apud homines impossibile est. apud dñm possibile fiat. apostoli consilium docet scribentis ad timotheum. Diuitibus huius saeculi precipe. non superbire. nec sperare in incerto diuitiarum. sed in dño uiuo qui prestat nobis omnia abundanter

adfruendum .7 Bene faciant. diuites sint in operibus bonis.  
facile tribuant . communent . thesaurizent sibi funda-  
mentum bonum infuturum . ut adprehendant ueram  
uitam .7 <sup>ci</sup> Oidimus quomodo camelus introire possit in  
foramen acus . quomodo animal tortuosum deposito  
pondere sarcinarum . adsumat sibi pennas columbe . ut  
requiescat in ramis arboris . que de sinapis semente succre-  
uit .7 Legimus in esaiâ camelos in adian & ephad & sabaa au-  
rum & thus ad urbem dñi deportantes .7 & In terpo horum  
camelorum ismahelite negotiatores . stacten .7 timama &  
resina que nascitur in galaad . & cutem uulneribus obducit .  
egyptus deferunt . tanceq; felicitatis sunt . ut emanant & uen-  
dant ioseph & mercimonium eorum salus mundi sit .7 Do-  
cet <sup>& h</sup> esopi fabula . plenum muris uentrem per angustum  
foramen egredi non ualere .7 Ergo nebridius meus cotti-  
die illud reuoluens . qui uolunt diuites fieri incedunt in  
tentationem & in laqueum diaboli & desideria multa .  
quicquid et imperatoris largitio . eius <sup>& honores in</sup> sibi dederunt . in usus  
pauperum conferebat .7 Nouerat enim esse a dño preceptum .  
suis perfectus esse . uade uende <sup>quae habes</sup> omnia . & da pauperibus . & ue-  
ni sequere me .7 & qui hanc sententiam implere non pote-  
rat . habens uxorem & paruulos liberos . & multam familiam .  
faciebat sibi amicos de iniquo mammona qui recipere eum  
in aeterna tabernacula .7 Nec semel abiciebat sarcinam .  
quod fecerunt apostoli . patrem & re te & nauiculam relin-  
quentes . sed ex qualitate aliorum inopis . suam abundantiam  
communicabat . ut postea illorum diuitis . huius indigentiam

onere



sustentat. Scit ipsa cui libellus hic scribitur. me non nota  
 sed audita narrare. nec ex aliquo <sup>in me</sup> beneficio scriptorum more  
 grecorum gratiam linguæ reddere. procul a xpianis ista suspi-  
 tio. habentes uictum & uestitum. his contenti si mus. 7 Ubi  
 uile olusculum. & cibarius panis. et cibus potusq; moderatus.  
 ibi diuitis super uacue. Ibi nulla adulatio. que <sup>ut</sup> precipue  
 fructum respicit. 7 Ex quo colligitur fidele esse testimoniū.  
 quod causas non habet mentiendi. 7 Ac ne quis me putet solas  
 in nebridio predicare elemosinas. quāquam & has exercuisse  
 sit magnum. de quibus dicitur. sicut aqua extinguit ignem.  
 ita elemosina extinguit peccatum. 7 Ad uirtutes eius cete-  
 ras ueniam. quas singulas in paucis hominibus deprehendimus. 7  
 Qui fornacem regis babilonis sine adustione ingressus est. cuius  
 adulescentis egyptia domina pallium non tenuit. que uxor  
 eunuchi nullos creat liberos uoluptate transacta. 7 Quem  
 hominum disputatio illa non terreat. 7 Ydeo aliam legem  
 in membris meis repugnantem legimentis mee. & captiuum  
 ducentem me in lege peccati quod est in membris meis. 7  
 Mirum dictum est nutritus in palatio contubernalis & con-  
 discipulus augustorum. quorum mense ministrat orbis. & ter-  
 ra ac maria seruiunt. Inter rerum omnium abundantiam  
 in primo & atis flore. tantę uerecundię fuit. ut uirgi-  
 nalem pudorem uinceret. et ne leuem quidem in se obse-  
 ni ruboris fabulam daret. 7 Deinde purpuratorum pro-  
 pinquus. socius. consubrinus. eisdemq; cum ambobus studiis  
 eruditus. que res & iam externorum mentes sibi conciliat.  
 Non est inflammatu superbia. non ceteros homines

adducta fronte contempsit. sed cunctis amabilis. ipsos prin-  
cipes amabat ut fratres. uenerabatur ut dominos. & in illorum  
salutem suam salutem positam fatebatur. Ministros autem  
eorum. & uniuersum ordinem palatii. quo regalis frequentatur  
ambitio. sic sibi caritate sociarat. ut qui merito inferiores erant.  
offitii separatis arbitrarentur. Difficile factum. gloriam uir-  
tute superare. & ab his diligi. quos precedas. Quae uidua  
non huius auxilio sustentata est. qui pupillus non in eo reperit  
patrem. Totius orientis episcopi. adhuc miserorum preces & labo-  
rantium desideria conferebant. Quae quidam imperatore  
poscebat. elemosina in pauperes. pretium captiuorum. misericor-  
dia in afflictos erat. Unde & ipsi principes libenter prestabant.  
quod sciebant non unum sed pluribus indigeri. Reuersa est terra  
ad terram suam. dormiuit in domino. & adpositus est ad patres suos  
plenus dierum & luminis. & nutritus in senectute bona. canenti-  
um hominis sunt sapientias. & in breuitate tempora multa compleuit.  
Tenemus pro illo dulcissimos liberos. uxor. heres. pudicitiae pre-  
mium est. Nihil diuisus puerio patrem querentibus exhibet. sic  
oculos. sic ille manus. sic ora ferebat. & scintilla uigoris <sup>patris</sup> plena  
lucebat in filio. & similitudo morum per speculum carnis eru-  
pens. ingentes animos angustato in pectore uersabat. Iungi-  
tur ei germana rosarum. & liliarum calatibus eboris ostrisq;  
commertium. sic refert in ore patrem ut ad uenustatem  
propensior sit. Sic matrem iuxta pingit similitudine.  
ut in uno corpore utrumq; cognoscas. Ita suauis est  
& mellitula. ut honos sit omnium propinquorum. Hanc  
tenere non dedignatur augustus. hanc fouere in sinu regina

quid ultra differam. omnis caro foenum. & omnis gloria eius  
quasi flor foeni.

51

letatur. certatim ad se omnes rapiunt pendet ex collo heret  
in brachis singulorum. garrula <sup>atq;</sup> balbutiens lingue offensione  
fit dulcior. Habes igitur saluina quos nutrias in quibus uirum.  
absentem tenere te credas. ecce hereditas domini filii mercis fructus  
uentris. pro uno homine duos filios recepisti. Auctus est  
numerus caritatis. que quid debeas <sup>b</sup> marito redde filius. amore  
presentium. absentis desideria tempera. Non est parum apud  
dominum <sup>meriti</sup> bene filios educare. Audi apostolum commonentem uidua  
elegatur non minus annorum. lx. que fuit unius uiri uxor.  
in bonis operibus habens testimonium. si filios educavit si hospitalis  
fuit. si sanctorum pedes lauit. si afflictis abundanter prebuit.  
si omne opus bonum subsequuta est. Didicisti catalogum uir-  
tutum tuarum. quid debeas nomini tuo. quibus meritis  
secundum pudicitie gradum possideas. Nec te moueat quod  
sexagenaria eligatur uidua. & putes adulescentulas ab apostolo  
reprobari. & te crede eligi ab eo quid discipulo dixerat. nemo  
adulescentiam tuam contemnat. non continentiam sed detatem.  
Alioquin omnes que ante. lx. annos uiduate sunt. hac lege ac-  
cipient maritos. Sed quia rudem christi instituebat ecliam  
& omni ordini preuidebat. precipueque pauperibus quorum mei  
cura cum barnaba fuerat demandata. illas uult ecclie opibus  
sustentari. que propriis manibus non queant laborare. que  
uere uidue sunt. quas & as proba it & uita. Heli sacer-  
dos offendit dominum. ob uicia liberorum. Ergo e contrario  
placatur deus uirtutibus eorum. si permanserint in fide  
& caritate & castitate cum pudicitia. O thimothee te ipsum  
castum custodi. Absit ut sinisterum quippiam mihi dete

suspiciari liceat. sed ex abundantia lubricam etatem manu  
isse pietatis est. Que dicturus sum. non tibi sed puella  
ribus annis dicta intellege. Vidua que indelicus est. ui  
uens mortua est. Hoc uas electionis loquitur. & de illo  
profertur thesauro qui confidenter aiebat. An experimen  
tum queritis eius qui in me loquitur xps. Hoc ille pronun  
tiat. qui libere sub persona sua fragilitate humani corporis fate  
batur. non enim quod uolo bonum hoc operor. sed quod nolo ma  
lum. & propterea subicio & redigo <sup>in</sup> seruitutem corpus meum.  
ne alius predicans ipse reprobus inueniar. Sulle timet. quis  
nostrum potest esse securus? Si dauid amicus dñi. & salo  
mon amabilis eius uicti sunt quasi homines. ut & ruinge no  
bis ad cautionem & penitudinis ad salutem exempla prebe  
rent. quis in lubrica uia lapsum non timeat. Procul sint  
a conuiuiis tuis phasides aues. crasse turtures. actagenionicus  
& omnes aues quibus amplissima patrimonia auolant. nec  
ideo te carnibus uesci non putes. si suum. leporum. atq; cer  
uorum. & quadrupedum animalium esculentia reprobet.  
Non enim hec pedum numero. sed suauitate gustus iudican  
tur. Scimus ab apostolo dictum. omnis creatura dñi  
bona. & nihil reiciendum quod cum gratiarum actione  
percipitur. Sed idem loquitur. bonum uinum non  
bibere. & carnem non manducare. & in alio loco. uinum  
in quo est luxuria. Omnis creatura dñi bona est. Audi  
ant hec mulieres. que sollicitę sunt quomodo placeant  
uiris. comedant carnes qui carnibus seruiunt. quarum  
feruor despumat in coitu. que ligate maritis generationi

ac liberis dant operam: quorum uteri por tant fetus: et  
 intestina carnibus impleantur. Tu uero que in cumulo  
 mariti sepelisti omnes pariter uoluptates: que litam pur  
 porissā & cerussa faciem: super feretrum eius lacrimis  
 diluisti: que pullam tunicam: nigrosq; calciolos candi  
 de uestis & aurati sacci depositione sumpsisti. Nihil ha  
 be & necesse aliud: nisi perseuerare in ieiunio: pallor & sordes  
 oc gemme tue sunt. Plumarum mollicies: iuuenalia  
 membra non foueat: balnearum calor nouum aduliscen  
 tis sanguinem non incendat. Audi quid ex persona uidue  
 continentis & hincis pota decurrit. Ille meus primus  
 quime sibi iunxit amorem. Abstulit ille habeat secum  
 serua & que sepulchro. Sitanti uilissimum uirum quan  
 ti preciosissimam margaritam. Si communi lege natu  
 re damnat opes gentilis: uidua uoluptates: quid expec  
 tandum est a uidua xpiana: que pudicitiam suam non  
 solum ei debet qui defunctus est: sed ei cum quo regna  
 tura est. Quæso te generalia monita & conueniens  
 puellaris sermo personæ: suspicionem tibi iniuriæ mo  
 ueant: & arbitreris me oburgantis animo scribere.  
 Non timentis: cuius uotum est nescire que metuo. Te  
 nerares infemur fama pudicitis est: & quasi flos pul  
 cherimus cito ad leuem marcescit auram: leuiq; flatu  
 corrumpitur: maxime ubi & as consentit aduicium:  
 & maritalis de est auctoritas: cuius umbra tutamen  
 uxoris est. Quid facit uidua inter familie multi  
 tudinem: inter ministrorum greges: quos nolo

et  
omnes

ut contemnat famulos. sed ut uiros erubescat. Certe  
si ambitiose domus hec officia flagitant. preficiantur  
his sene honestis moribus. cuius honor domine dignitas  
sit. Scio multas clausis ad publicum foribus non caruisse  
infamia seruulorum. quos suspectas faciebat. aut cul  
tus inprudicus. aut crassi corporis nitor. aut etas apta libi  
dini. aut conscientia amoris occulti. Securus animi tu  
mor. qui & iam bene desimulatus frequenter erum  
pit in publicum. & conseruos despiciet quasi seruos. Hoc  
ex abundantia dictum est. ut omni diligentia custodias  
cortuum. & caueas quid de te fingi potest. Non  
ambulet iuxta te calamistratus procurator. non histrio  
fractus infeminam. non canoris diaboli uenenata dulce  
do. non iuuenis uultus & nitidus. Nihil artium scenica  
rum. nihil tibi in obsequiis molle iungatur. Habeto  
tecum uiduarum & uirginum choros. habeto tui sexus  
solatia. Ex ancillarum q̄q̄ moribus domine iudican  
tur. Certe tecum sit sc̄a mater. & lateri tuo amita  
hereat. uirgo perpetua. Non debes periculose  
externorum consortia querere. de tuorum societa  
te secura. semper in manibus tuis diuina sit lectio  
& tam crebre orationes. ut omnes cogitationum sa  
gitte quibus adulescentia percuti solent. huiusmodi  
clipeo repellantur. Difficile est quin potius impos  
sibile. perurbationum initus carere quempiam.  
quas significantius greci. ΠΡΟΠΑΘΕΙΑC uocant.  
nos ut uerbum uertamus e uerbo. ante passiones

possumus dicere. Et quod incentiua uitiorum.  
 omnium titillant animos. & quasi immobile nr̄m  
 iudicium sit. uel abicere cogitata uel recipere. unde  
 & naturarum dñs in euangelio loquebatur. Decor  
 de exeunt cogitationes male. homicidia. adulteria.  
 fornicationes. furta. falsa testimonia. blasphemia.  
 Ex quo perspicuum est iuxta alterius libri testimonium.  
 procliuus esse cor hominis. <sup>a pueritia</sup> ad malum. & inter opera car  
 nis & sp̄s que apostolus paulus enumerat. mediā animā  
 fluctuare. nunc hec nunc illa capientem. Nam ui  
 rus nemo sine nascitur. Optimus ille est qui minimis  
 urgetur. uel ut si gregio in sp̄s s̄s reprehendas incor  
 pore neruos. Hoc est quod alius uerbis propheta sig  
 nificat. Turbatus sum & non sum locutus. Et in eodē  
 uolumine. Irascimini & nolite peccare. Et illud  
 arctae tarentini aduulicum neglegentem. iante uer  
 beribus enecassem. nisi iratus essem. Ira enim uiri. ius  
 titiam dī non operatur. Quod de uia perturbatione  
 dictum est. referamus ad ceteras. Sicut irasci hominis  
 est. & iram non perficere xp̄iani. sic omnis caro con  
 cupiscit quidem ea que carnis sunt. & quibusdam in  
 lecebris ad mortiferas animam uoluptates trahit.  
 Sed nostrum est uoluptatis ardorem maiore xp̄i amore  
 restinguere. & lasciuens iumentum frenis in edis  
 sub iugare. ut non libidinē sed cibos desideret. et  
 sessorem sp̄m sc̄m moderato atq; composito portet  
 incessu. Quotum ista. uel hominem esse. noueris

et  
 In medicullo

& passionibus humanis nisi caueris subiacere. De eodem  
cuncti facti sumus luto. hisdem compacti exordus. & in  
serico & in pannis eadem libido dominatur. Nec regū  
purpuras timet. nec mendicantium spernit scālorem.  
Multoq; melius est stomachum te dolore. quam mentem.  
imperare. corpori quam seruire. gressu uacillare.  
quam pudicitia. nec statim nobis penitentis subsidia blan  
diantur. que sunt infeliciū remedia. Cauendum  
est uulnus quod dolore curatur. Aliud est integra na  
ue & saluis mercibus portum salutis intrare. aliud nudū  
herere tabule & crebris <sup>re</sup> cursibus fluctuum ad asperrima  
saxa conlidi. Nesciat <sup>uidua</sup> digamiae indulgentiam.  
Nec nouerit illud apostoli. Melius est nubere quam uri.  
Tolle quod peius est uri. & per se bonum non erit nubere.  
Procul hereticorum calumniae. scimus honorabiles nup  
tias & cubile immaculatum. etiam de paradiso expulsus  
adam unam uxorem habuit. Primus lamech maledic  
tus & sanguinarius & decem stirpe descendens unam in  
duas diuisit costam. & plantarium digamie protinus dilu  
uii poena subuertit. Unde illud apostoli quod fornic  
ationis metu indulgere compellitur scribens ad titum  
uolo aduliscentulas nubere. filios procreare. matres  
familias. <sup>ee</sup> nullam occasionem dare aduersario. De  
tractionis causa cur indulserit statim subicit. iam enī  
que dam declinauerunt post satanam. Ex quo intelle  
gimus illum non stantibus coronam. sed iacentibus  
manum porrigere. Vide qualia sunt secunda matri

monia que lupanaribus preferuntur quia declina-  
 uerunt post satan<sup>na</sup> quedam. Ideo aduliscentula  
 uidua que se non potest continere uel non uult. maritū  
 potius accipiat quam diabolum. <sup>nimirum & appetenda res quae sit sine cōpa</sup> pulchra: ratione susci-  
 pitur. Fornicata est quondam & <sup>hierusalē</sup> diuaucauit  
 pedes suos omni transeunti in egyptō. primum de uir-  
 ginata est. & sibi fracte sunt mamme eius. Cumq; ad  
 deserta uenisset. & morarum mori ductoris inpatiens  
 quasi oestro libidini furibunda dixisset. Isti sunt  
 di tui ut quae eduxerunt de terra egypti. Acce-  
 pit precepta bona & iustificationes pessimas. in quib;  
 non uiueret sed puniretur. Quid ergo mirū si &  
 lasciuientibus uiduis. de quibus in alio loco apostolus  
 dixerat. cum luxoriatę fuerint in xpō. nubere uolunt.  
 Habentes damnationem. quia primam fidem irritam  
 fecerunt. Concessit digamie precepta non bona &  
 iustificationes pessimas. ita secundum indulgens  
 maritum & tertium & si liberet uicesimum. Ut sci-  
 ret sibi non tam maritos datos. quam adulteros am-  
 putatos. Hęc filia in xpō carissima inculca & cre-  
 brius repeto. ut posteriorum oblita in priorate ex-  
 tendas. habens tui ordinis quas sequaris iudith debe-  
 breā hystoria. & annam filiam pharuhelis de euange-  
 lii claritate. que diebus ac noctibus uersabatur in tē-  
 plo. & orationi<sup>b;</sup> atq; ieiuniis thesaurum pudicitie con-  
 seruabat. Unde & altera in tēpo ecclē diabolum  
 capite truncauit. altera saluatorem mundi pri-

ma suscepit. sacramentorum. conscientia. futurorum.  
Illud in calce sermonis queso. ut breuitatem libelli non  
de inopia eloqui uel de materia sterilitate sed de pudori  
magnitudine estimet accidisse. dum uereor igno  
ris medium ingerere auribus. & occultum iudicium  
legentium per timesco. ~ **HIERONIMUS AD PAMMA  
CHUM. DE OPTIMO GENERE INTERPRETANDI**

senatore

JXII

**P**aulus apostolus presente agrippa rege de crimi  
nibus responsurus. quod possit intellegere. qui  
auditurus erat. securus de causae victoria sta  
tim in principio gratulatur dicens. De omnibus qui  
bus accusor a iudeis rex agrippa. estimo me beatum. cum  
apud te sim hodie defendendus. qui precipue nosti  
cunctas que in iudeis sunt consuetudines & questiones.  
Legerat enim illud esaię. beatus qui in aures loquitur  
audientis. & nouerat tantum oratoris uerba profi  
cere. quantum iudicis prouidentia cognouisset.  
Unde & ego beatum me in hoc dumtaxat negotio iudi  
co. quod apud eruditas aures in pedibus lingue res  
ponsurus sum. que obicit mihi uel ignorantiam uel  
mendacium. si aut nescium alienas litteras uere in  
terpretari aut nolui. quorum alterum error. al  
terum crimen est. Ac si forsitan accusator meus  
facilitate <sup>apud</sup> uos arguerit. ut <sup>ne</sup> papam episcopum  
criminatus est. hanc epistolam misi. que & per te  
alios qui nos amare dignantur rei ordinem do  
ceat. Ante hoc ferme biennium miserat

quae cuncta loquitur. & in punitate qua sibi licere omnia putat. me quoque.

VII

iohanni epō supra dictus papa epifanius  
 litteras. arguens eum in quibusdam dog-  
 matibus. sed postea dementer ad peni-  
 tentiam reuocans. 7. Horum exempla  
 rita certatim palestine sapiebantur. uel  
 ob auctoris meritum. uel ob elegantiam scrip-  
 tionis. 7. Erat in monasterio nostro uir  
 apud suos haud ignobilis. eusebius cremo-  
 nensis. qui cum haec epistola per multo-  
 rum ora uolitaret. & mirarentur eam  
 p̄ doctrina & puritate sermonis. docti  
 pariter & indocti. coepit a me obnixē  
 petere. ut sibi eam in latinum uerterem.  
 & propter intellegendi facilitatem aper-  
 tius explicarem. 7. Greci enim eloqui  
 penitus ignarus erat. 7. feci quod uoluit.  
 accitoq. notario. raptim celeriterq;  
 dictaui. ex latere in pagina breuiter ad-  
 notans quem intrinsecus sensum singula  
 capitula continerent. 7. Vel siquidem  
 & hoc ut sibi soli facerem oppido flagita-  
 uerat. postulauit q. ab eo mutuo ut  
 domi haberet exemplar. Nec facile  
 in uulgus proderet. 7. Res ita anno &  
 sex mensibus transiit. donec supradicta  
 interpretatio. describitur eius nouo presti-  
 gio hierosolimam commigrabit. 7. Nam

quidam pseudo monachus. uel accepta pecunia. ut <sup>perspicue</sup>  
Intellegi datur. uel gratuita malitia. ut incassum. corruptor ni  
titur persuadere. 'compilatis cartis eius & sumptibus.  
iudas factus est proditor. 7 Deditque aduersarius la  
trandi contrame occasionem. ut inter imperitos con  
tinentur. me falsarium. me uerbum non expresisse  
de uerbo. 'pro honorabili dixisse carissimus. 7 & malign  
na interpretatio <sup>ne</sup> non quod nefas dictum sit. ANNCIM

ECIWTATON

WTATOT TATA NO. noluisse transferre. 7 Haec  
& istius modi nuge crimina mea sunt. 7 Haec pri  
mum antequam de translatione respondeam uolo:  
: interrogare eos. qui malitiam prudentiam uo  
: dicant. Unde apud uos exemplar epistole. quis dedit.  
qua fronte profertis quod scelere redemistis. 7 Quid  
apud homines tutum erit. 'si nec parietibus quidem  
& scrinis nostra non possumus secreta celare. 7 Si  
ante tribunalia iudicium hoc <sup>uobis</sup> crimen impingerem.  
reos legibus subiungarem. 7 Quae & iam pro utilitate  
fisci noxus delatoribus poenas statuunt. & cum susci  
piant proditionem. damnant proditorem. 7 Lucrum  
uidelicet placet. uoluntas displicet. 7 Dudum esici  
um uirum consularem. contra quem patriarcha  
gamalibel grauissimas exercuit inimicitias. 'the  
odosius princeps capite damnauit. quod sollici  
tato notario castas illius inuasisset. 7 Legimus  
in ueteribus historis ludimagistrum. 'qui falsis  
quorum libros prodiderat. uinctum pueris tradi  
tum. & ad eos quos prodebat remissum. Nec.

sceleratum populum romanum suscepisse uictoriam. &  
 Pirrum epirotarum regem cum incastris exualne  
 rum. curaretur. medici sui proditio ne interfici ne  
 fas duxit fabricius. quin potius uinctum remisit  
 add<sup>dominum</sup>nm. ut scelus nec inaduersario conprobaret. &  
 Quod leges publice. quod hostes tuentur. quod in  
 ter bella & gladios scm est. <sup>hoc</sup> nobis inter monachos  
 & sacerdotes xpi intutum fuit. & audet quidam  
 ex eis adducto super cilio & concrepantibus digitis.  
 eructuare & dicere. quod enim si redemit.  
 si sollicitauit. fecerit quod sibi utile existimabant.  
 Volo in cartulis meis quas libet ineptias scribere.  
 commentari descripturis. remordere ledentes.  
 dicere stomachum. In locis me exercere commu  
 nibus. & quasi limatas ad pugnandum sagittas  
 reponere. quam diu id profero cogitata male  
 dicta non crimina sunt. Immo nec maledicta quidem.  
 que aures publice nesciunt. Tu corrumpas seruulos.  
 sollicites clientes. & ut in fabulis legimus auro addanaen  
 penetres. dissimulatoque quod feceris me falsarium uoces.  
 Cum multo plus crimen accusando in te confitearis. quam  
 in me arguis. Alius te hereticum. alius insimulat dog  
 matum peruersorem. Tu es ipse. respondere non audes.  
 interpretem laceras. de sillabis alumnieris. & totam de  
 fensionem tui putas. si tacendo detrahas. Finge intrans  
 ferendo. uel errasse. uel intermisisse me quippiam. hictio  
 tus <sup>negotij cardouersatur.</sup> tui. hec tua est defensio. Num idcirco tu non es hereticus  
 flet quod sibi profuit. mira sceleris defensio. quasi non & lectrones & fures  
 ac pyræ faciunt quod sibi pdest. Certe annas & caphas seducentes  
 infelicem ludem.

siego malus inter pres sim. o. 7 Nec hoc dico quod te  
hereticum nouerim. sciat ille qui accusat. nouerit  
ille qui scripsit. 7 Sed quod stultissimum sit. accusa  
uulnere querere solatium. 7 Actenus sic  
loquutus sum. quasi aliquid de epistola commutaue  
rim. & simplex translatio possit errorem habere  
non crimen. nunc uero cum ipsa epistola doceat  
nihil mutatum esse defensu. nec res additas nec ali  
quid dogma confictum. faciunt ne intellegendo ut  
nihil intellegant. & dum alienam imperitiam uolunt  
redarguere. suam produnt. 7 Etego <sup>epim</sup> non solum fateor.  
sed libera uoce profiteor. me in interpretatione gre  
corum. absque scripturis scis. ubi & uerborum ordo  
mysterium est. non uerbum e uerbo sed sensum expri  
mere defensu. 7 Habeoque huius rei maximam tul  
lium. qui pitagoram platonis. & oeconomicam xeno  
fontis. & eschinis & demostenis. duas contra se oratio  
nes pulcherrimas transtulit. quanta in illis pre  
ter miserit. quanta addiderit. quanta mutaue  
rit. ut proprietatem alterius lingue in suis proprie  
tatibus explicaret. non huius temporis dicere. Suffi  
cit mihi ipsius translatoris auctoritas. qui ita in prolo  
go earundem orationum locutus est. 7 Putaui mihi as  
:<sup>suonette</sup> <sup>laborem studiosis mihi</sup>  
quidem ipsi non necessarium. Conuersti enim ex attilis  
duarum eloquentissimorum nobilissimas orationes. In  
ter seque contrarias eschini & demostenis. Nec conuer  
ti ut inter pres. sed ut orator. sententis. h. idem. i. e. um

formis tamquam figuris. uerbis ad nostram consuetudinem  
 aptis. in quibus non pro uerbo ~~uerbo~~ necesse habui reddere.  
 sed genus omnium uerborum uimque seruaui. Non enim  
 me ex adnumerare lectori putauit oportere. sed tamquam  
 expendere. Rursumque in calce sermonis. quorum  
 ego ait orationes sicut per oita expressero. uirtutibus  
 utens illorum omnibus id est sententis. & earum figuris.  
 & rerum ordinem uerba persequens. & tenuis. ut ea non ab  
 horreat amore nostro. quasi e grecis & omnia conuersa  
 non erunt. Tamen ut generis eiusdem sint. Laborauimus.  
 Sed orator uir acutus & doctus hoc idem in arte poetica  
 erudito interpreti praecepit. Nec uerbo uerbum cura  
 bis reddere. Fidus interpret terentius menandrum.  
 plautus & cicero ueteres comicos interpretati sunt. Num  
 quid herent in uerbis. ac non decorem magis & elegantiam  
 in translatione conseruant. quam <sup>uol</sup> ueritatem interpre  
 tationis. Hanc eruditi. ΚΑΚΟΖΗΛΙΑΝ nuncupant.  
 unde & ego doctus a talibus ante annos circiter uiginti  
 & simili tunc quoque errore deceptus. certe hoc mihi  
 a uobis obiciendum nesciens. cum eusebio. ΧΡΩ ΝΙΚΩΝ  
 in latinum uerterem. tali inter cetera prefatione  
 usus sum. Difficile est alienas lineas in sequentem  
 non alicubi excedere. arduum utque in aliena lin  
 gua benedicta sunt. eundem decorem in translati  
 one conseruent. Significatum est aliquid unius  
 uerbi proprietate. non habeo meum quod id efferam.  
 & dum quero implere sententiam. longo ambitu uix breuis

ue spatio consummo . 7 Accedunt hyperbolorum  
anfractus. dissimilitudines casuum . uarietas figurarum .  
Ipsum postremo suum . & ut ita dicam uernaculum lingue  
genus . si ad uerbum interpretatur absurde resonat . 7 Si ob  
necessitate aliquid in ordine . uel in sermone mutauero .  
ab interpretis uidebor officio recessisse . 7 & post multa  
quae nunc persequi ociosum est . & iam <sup>hoc</sup> addidi . 7 Quod si cui  
non uidetur lingue gratiam interpretatione mutari . ho  
merum ad uerbum exprimat in latinum . plus aliquid dicam  
eundem in sua lingua pro se uerbis interpretetur . Uidebit  
ordinem ridiculum . & poetam eloquentissimum uix loquen  
tem . 7 Uerum scriptorum meorum suasis auctoritas quam  
quam hoc tantum probare uoluerit . me semper adulescen  
tia . non uerba sed sententias transtulisse . 7 Qualis super  
 cipient. quod omnino natiuitatis circumcisionis atq; a partio-  
 nis solemnitas sunt obsecuti. illius enim est ista solemnitas.  
 cuius et ille. sed nec minor iste aequam ille quoutiq; In hoc ser-  
 mone. apertis monstrauius documentis. huius quippe diei solle-  
 nitas. sicut a quibusdam xpianis ignoratur. sic annis p̄ceteris annis sollempni-  
 tibus honoratior habetur. Maxime autem eo loco quo primatum ecclesia catho-  
 lica In primo pastore sortita est. In tanta enim reuerentia ab illis habet. ut  
 ea die cuncta ciuitatis turba In unū collecta. In mensis cereorum luminibus  
 coruscans missarum sollempnia deuotissime concelebrent. nullusq; aditum  
 publice stationis Iniret qui lumen manu non tenuerit. Tamquam scilicet dñm  
 In templo oblaturo. Immo etiam suscepturi lumen fidei quo In terius fulgent. ex te-  
 rius oblationis sue religione demonstrarent. hodie namq; iuxta legē atq; euange-  
 lium p̄ actis. a natiuitate xpi quadraginta dieb; In templo ē a parentibus idem dñs  
 p̄sentatus; hodie a scō simeone susceptus patriq; cum sacris munerib; oblatus. hodie  
 redemptionem israh expectantib; ab eodem simeone et anna publice predicatus.  
 O quam pium spectaculum. quonon nisi p̄ delectari probantur. Stat hinc uirgo  
 & mater non cuius cumq; sed di. suscipit hinc Infantulus paruulus uirginis filius.  
 cuius diuinitatem non capit mundus. Occurrunt hinc In de prophetae. atq; uterq;  
 p̄ter de puero prophetaur. offert oblatio propuero nontam quaedelicta emundet.  
 sedq; sacramta declare. & quia huius diei p̄ conium attollere cōp̄io libet ipsam  
 euangelicam lectionem conloquendo transcurrere. In qua ista narrari cognosco  
 quatenus a dea que dico illa responderetur. Immo a dea illa quae narrat uox ex  
 ortationes meae responderetur. Deniq; lucas euangelista ueritatis hystoriam.

XVIII

de xpi incarnatione plenius atq; ordinarius ceteris euangelistis exequens, post ad  
nuntiationem eius ab angelo facta post natiuitatem angelorum uocibus declarata  
post circumcisionem octauae diei in domo parentum haec in ordine sequitur  
dicens. Postquam impletis sunt dies purgationis matris eius secundum legem  
moysi tulerunt illum in iherosolimam ut sicerent illum dno sicut scriptum e in lege  
dni. Quia omne masculinum adaperiens uuluum sem dno uocabitur. Cunctis  
fidelibus liquet nequaquam redemptoris matrem ex eius natiuitate maculam con  
traxisse, quia illorum dierum spatio a sacris edibus abstinent purgaretur, quae  
sine humana concupiscentia sine humano concupitu uirgo concepit, sine aliqua  
carnis corruptione uirgo peperit, & sine fine uirgo permansit, ac per hoc nec  
masculus ex ea natus uuluum eius aperuit. Sed hoc iuxta legis narrationem euange  
listica contexens, claudit impiis sacramentum diuine incarnationis, matremq;  
legem obseruantem introducit, sed mirum si mater obseruaret legem qua eius  
filius non uenerat soluere sed adimplere. Sciebat enim quo ordine concepe  
rat, quo usu pepererat, et quis esset quem genuerat, sed legem communem obser  
uans, expectauit purgationis diem, celauit filii maiestatem. Hinc e quod  
eum in templo .xii. annorum inter doctores legis inueniens filium ioseph  
uocat dicens. fili quid fecisti nobis sic ecce pater tuus et ego dolentes  
quaerebamus te. Quem procul dubio sciebat sine concupitu ioseph concepis  
se, sine corruptione uirginali edidisse, sed cur abscondit conceptionis  
ac natiuitatis illius sacramentum, quem nouit dm in mensum. Numquid  
nam quia huic alius quem ad templum deferens sci senis tradidit ma  
nibus, absit, sed ut spu pphetiae repleta redemptionem mundi non  
aperiret, sciebat enim iam tunc gratia plena, spu diuinitatis afflata,  
quia si hunc huius seti principes agnouissent, numquam pro salute nostra  
crucifixissent, offert ergo beatissima uirgo tamquam legem, obser  
uans in templo, quem edidit, ut non omnibus sed paucis reuelaret.

+

2

quis e quem genuisti. a pareat. Interim lapis humilis abscessus de monte si  
 ne manibus. ut reprobetur ab edificatoribus usquequo statuarum. In pedibus per  
 cutiens creat. In montem magnum impleatq uniuersum orbem terrarum  
 O quam paruus. o quam magnus est quem peperisti. paruus in humanitate.  
 magnus in diuinitate. paruus in regno iudeorum. magnus in regno gentium.  
 sed non ab omnibus in regno iudeorum paruus estimatur; Nam et ipsa quae hanc  
 genuisti ex ipso populo isrl. In uirgam creuisti. uirga enim de radice iesse  
 surrexisti. et floruisti uirga aaron fronduisti. et nucem peperisti et qua  
 pro omnibus. In mensitatem eius agnouisti quem tam paruissimum exte  
 natum uidisti. proculdubio quem in infantem genuisti. dm omnipotentem tre  
 mens adorasti. adorans tremuisti. quem tamen quia secundum humanita  
 tem filium recognouisti. lactasti. foruisti. aluisti. Quis putas nobis  
 possit indicare inter huiusmodi obsequia anime tui sensum. O bea  
 tissima uirgo cum hinc cerneres extenatum tantillum infantem. Illuc  
 aduenderes dm inmensum hinc creatum. <sup>illuc</sup> hinc creatorem. hinc  
 infirmum. illuc fortissimum. hinc alendum. illuc alentem. hinc  
 non loquentem. illuc angelos docentem. quis inquam tui pecto  
 ris archana nobis referare ualeat. quibus modis cogitatum ad utraq  
 flectebas. cum unum eundemq di atq hominis filium manibus tenens.  
 hinc adorares. ut dm illuc oscularer ut paruulum. Quis ad tam in  
 effabile miraculum non obstupescat. quis non pene elinguis fiat. generat  
 puella suum. et omnium creatorem. nutrit suum. et omnium nutritorem.  
 portat ad templum suum. et omnium pectorem. O admirandum specta  
 culum ad quod non solum humana. uerum etiam angelica stupefit na  
 tura. ad hoc fratres carissimi fidei oculos erigite. ad hoc pietatis affectu con  
 uenite. ibi xpm suscipite pro uobis in carne humiliatum. sed adorate  
 in sua diuinitate dm excelsam. amplectimini paruulum. sed cogitate

creseat.

imensum. Amate humiliatum: sed time & excelsum; Iam uero  
dilectissimi: si queritur quid mystice significatum fuerit in eo quod  
redemptor noster: amate & parentibus: & ciuitate propria in hie-  
rusalem. ad templum dñi portari se uoluit. Inuenimus ipsam glo-  
riosam matrem & uirginem eiusq; propinquos: figuram gessisse illius  
ecclesiae: quae & iudea in apostolos credit: quando enim ecclesia  
non uirgo: cuius membra apostolus affatur dicens: dispondi uos  
uni uiro uirginem castam & habere xpo. Quando ipsa non mater:  
de qua per psalmistam dicitur: mater sion dicit homo. et dñs  
in euangelio: qui cumq; fecerit uoluntatem patris mei qui in  
celis est: ipse meus frater. & soror. & mater est; Quando electi  
non propinqui fr̄s & sorores sunt appellati; Mater itaq; ac  
propinqui: redemptorem nr̄m anazareth in hierusalem ad  
templum dñi deferunt: quia primitiua illa in primis discipulis  
ecclesia a iudeis repulsa: eiusdem redemptoris dispensationem  
ad noticiam gentium perduxit; Ipsa enim ecclesia non solū  
& gentibus: uerum & iam & iudeis:  
hierusalem. Id est uisio pacis recte uocatur. de qua p̄ psalmistā  
dicitur: Hierusalem quae aedificatur ut ciuitas cuius parti-  
cipatio eius in idipsum; Ipsam & templum: sicut per paulū  
fidelibus dicitur: templum dñi sc̄m est: quod estis uos. Ac per  
hoc cum apostoli ex iude xpm adnuntiantes: ueniunt ad gen-  
tes: nimirum & hierusalem ad hierusalem conuenit.  
& templum ad templum occurrit. Cum hi omnes uia sint  
hierusalem: ciuitas unum & templum; In hac itaq; ciuitate  
atq; in hoc templo ab apostolis oblatus xps excipitur. Unde  
& ipsa ecclesia psalmistę uoce: dō patri loquitur dicens

147  
Suscepimus dñi misericordiam tuam in medio templi tui. Subaudi  
in medio ecclesie tuam quae est templum tuum. Siue autē  
iuxta historiam. Idocei siue iuxta mysticum intellectum.  
cur xps apertentibus. fuit ad scām ciuitatem & templum ducat.  
causa manifestatur cum subditur. ut darent hostiam secundū  
quod dictum est in lege dñi. par turturum aut duos pullos  
columbarum. praeceptum siquidem legis fuerat ut si cui forte  
agnus defuisset & unam horam. Idest aut par turturum aut  
duos pullos columbarum inuenisset dō oblationem filii offerret.  
nec praeiudicaretur ex altero. qui unum quodlibet horum obtu-  
lisset. Sed qui uterq; xpi ecclesiae quem sacramenta significant  
credendum utrumq; ad sacrificium matrem inuenisse atque  
obtulisse. deniq; in hac oblatione auium illa praefigurabatur  
oblatio quae pro salute mundi oblata est. uespera diei dñi  
uidelicet passio. per quam sumus dō reconciliati. De hac  
quippe hostia per paulum fidelibus dicitur. Ambulate in di-  
lectione. sicut & xps dilexit nos & tradidit semetipsum pro  
nobis oblationem & hostiam dō in odorem suauitatis. Iterum  
sum. qui dilexit me inquit. & tradidit seipsum pro me. Quia  
uero omnes electi membra sunt xpi. In turture scilicet.  
turtures. atq; in columba columbe. Designat & iam haec  
auium oblatio mortificationem electorum quibus per eundē  
apostolum dicitur. Obsecro uos per misericordiam dñi ut  
exhibeatis corpora uestra. hostiam uiuentem. scām dō pla-  
centem. rationabile obsequium uestrum. Sed nulla esse  
potest mortificationis accepta dō oblatio. in quibus non fuerit.  
uere fidei castitas. uere caritatis concordia. Proinde n̄ sine

us  
a

causa sacrificium quod pro dño misericordiae oblatum perhibetur  
& turturibus & columbis fuisse narratum fuit. Inturture enim  
castitas inuenitur. In columba castitas commendatur.  
Turtur namq; intemperatam seruat castitatem. Columba uero aliarum  
cohabitantium non deserit unitatem. Catholicus igitur xpianus tunc uere spiritalis turtur efficitur  
si ueram trinitatis fidem firma credulitate conseruet. et here-  
ticae prauitatis sensum. tanquam fornicationis inquinamenta  
repudiet. Tunc uere erit columba. si longanimiter usq; ad finem  
catholica societate permaneat. & contra temptationum scanda-  
la immobili firmitate persistat. Ut nec heretica fornicatio  
corrumpat in corde fidei castitatem. nec amara dissensio  
ecclesiasticae caritatis dissipet unitatem. Haec est enim ecclesia  
catholica. quae fidem uni dño tanquam legitimo uiro conseruet  
& congregationem multorum infide multiplicat. Sequitur.  
& ecce homo erat in hierusalem cui nomen simeon. & homo  
iste iustus & timoratus & expectans consolationem isrl' & sps  
scs erat in eo. & responsum acceperat a spu sco non uisurum se  
mortem nisi uideret xpm dñm; et uenit in spm in templum.  
Nihil minus desititate isti specialiter homini adscribitur. qui  
& in hierusalem. Id est in uisione pacis commoratur. & fidei ope-  
ratione iustus. & reuerentia timoratus. & israheli consolatio-  
nem attonitus. & spu sco repletus eiusq; responsione de in-  
carnati uerbi uisione roboratus fuisse perhibetur.  
O quam ardenti desiderio homo iste expectabat secundam  
sps scs promissionem. uidere in carne redemptorem.  
Quae putamus fuerit infantia orationis eius. quae

infancia

in diuino responso meruit firmari debis quae pecebat. Quae  
 erant eius gemituum continuata uerba in sc̄a depraecatione.  
 Non enim in petendo cessauit usq; q̄ responsum accipere &  
 super hisq; poscebat; fuerunt siquidem in retro actis tempo  
 ribus multi simili desiderio accensi dño attestante qui  
 ad discipulos ait multi reges & prophetae uoluerunt uidere  
 quae uidetis & non uiderunt. & audire quae auditis & non  
 audierunt. Sed hoc isti soli concessum est qui in pleni  
 tudine temporis horum <sup>aparuit</sup> ultimus. Sed si uigilanti studio  
 subsequentiū sc̄orū attendimus desiderium. Quibus x̄ps  
 uiuere est. & mori lucrum. inuenimus eos non minoris  
 anxietatis ardore diuinitatem eiusdem saluatoris intueri  
 uelle. quam ille concupiuit inspicere carnem. hinc paulus  
 dicit. cupio dissolui & esse cum x̄po. multo autem melius.  
 hinc psalmista ex persona ecclesiae dicit. sitiuit anima  
 mea ad dñm uiuū quando ueniam & parebo ante faciē  
 dī. Quis ergo iam hanc non uideat in uno sermone multos.  
 per unum. cunctos significare electos. qui nunc isti  
 & fide atq; operatione & timorati & futura & spectatione.  
 & attenti ueniuntur & futura consolatione. in quibus  
 & iam sp̄s sc̄s inesse cognoscitur. quia & per apostolum  
 dicitur caritas dī diffusa est in cordibus nr̄is per sp̄m  
 sc̄m qui datus est nobis; & rursus fidelibus dicit;  
 corpora nr̄a templum sunt sp̄s sc̄i. quem habetis ex dō.  
 quiq; responsum accipiunt ab sp̄u sc̄o. non se uiuros  
 mortem. nisi prius uideant x̄pm. quia in hac adhuc  
 corruptibili uita eiusdem sp̄s sc̄i gratia reuelante aptis

qui

fidei oculis eum quise cum illis usq. in finem saeculi mansurum  
esse repromisit aspiciunt; non iam carne paruulum  
sed diuinitate inmensum; qui & iam cum apostolo dicunt  
& si noueramus xpm secundum carnem. sed nunc iam  
non nouimus; habitant & iam isti in hierusalem atque  
in spu in templum quo xps inducitur ueniunt; ipsi enim  
sunt hierusalem. qui habitant in hierusalem; ipsi enim  
sunt & templum. qui ueniunt in templum. in quibus  
& a quibus xps excipitur; Breuiter fit ista percurramus.  
nec dum. quae sunt huius diei sacramenta.  
quodq. scm piumq. p conium indicare studemus.  
cuius libet in fastidium ueniamus; Sequitur. & cum in  
troducerent puerum ihm parentes ei us ut facerent  
secundum consuetudinem legis pro eo. & ipse accepit  
eum in uulnas suas & benedixit dm & dixit. Nunc  
dimittis dñe seruum tuum secundum uerbum tuum in pace  
quia uiderunt oculi mei salutare tuum; hinc unius.  
hinc multorum. Immo & iam omnium adimpleretur  
& spectatio iustorum; Sed dicamus prius de uno.  
& sic loquamur de omnibus. cupimus enim ad hoc  
studium urm inflectere. ut quod de uno dicitur  
de omnibus ueraciter sentiatur. Et ecce dum  
specialiter de uno uenerabili sene cupimus loqui.  
occurrit p dicanda uirginis prudentia. non huma  
na industria fulta. sed spu diuinitatis afflata.  
quae filium oblatura ueniens. suaeq. naturae humi  
litate seruans. prophetae tradidit manibus;

offerendum; **an** Non ignora quis esset. cuius  
 manibus dñm hominemq; tradebat sacrificio dedican-  
 dum. Offert autem dñm prophetarum pph&ae.  
 Offert unicum. uni; immo omnibus. in unoq; omnibus  
 eundem peperit saluatorem. Non enim desinat nec  
 usq; offerre quem genuit. cum suis scis interuentionib;  
 eundem redemptorem electis uniri facit. & ut uerum  
 fatear. materno affectu id ipsum pussima facit.  
 Omnes enim filios deputat. quos diuina gratia xp̄o  
 consociat. Quando non ipsa mater electorum. quae  
 fratrem genuit eorum. Si in qua xp̄s credentium  
 frater. cur non ipsa quae xp̄m genuit sit credentium  
 mater. Quam obrem. obsecro mi beatissima uirgo.  
 offer nobis xp̄m p̄is suffragis. quae nescis in uidere  
 filius. sed nec attendas filiorum iniurias a quibus  
 non ut dignum est honoraris. tolerat piamente in re-  
 uerentiam filiorum quia amore unicitur generationis.  
 foue ergo. & sitanti meriti indignis p̄is orationibus quos  
 in uno genuisti. Dep̄care unicum filium. pro excessibus  
 multorum filiorum; sed iam fr̄s carissimi xp̄m in ul-  
 na suscipiens quid unus specialiter dicat audiamus  
 At enim nunc dimittis seruum tuum dñe secundū  
 uerbum tuum in pace quia uiderunt oculi mei  
 salutare tuum. Ac si diceret. longa me & spectatione  
 fatigasti. diu reuenuisti. sed tandem uisum quem  
 & spectavi. iam de humane uitae scandalis in  
 pace dimittis. Dimittis in pace

quia secundum promissionem **tuam** Per incar-  
nati uerbi ministerium solutis inimicitias tibi meruere  
conciliari; Dimittis in pace quia uideo pacem; Ipse  
enim est pax nra qui fecit utraq. unum hoc denique  
& omnes electi dicunt qui xpm in uenas suscipiunt.  
qui fidei oculis salutare di con spiciunt. Quid enim est  
xpm in uenas suscipere. nisi pus hunc operibus in mem-  
bris suis amplectere. Per uenas enim idest brachia uirtus  
operationis exprimitur. Cum enim in alio esurientem  
xpm faciant. In alio sitientem potant. In alio hospite  
suscipiunt. In alio nudum operiunt. In alio infirmum  
uel in carcere positum uisitant. His proculdubio deuotis  
actionibus tamquam brachis cotidie eundem ipsum  
puerum amplectuntur. Et quia haec agentes illum  
suscipere in his plena fide cognoscunt illum se in his  
uidere non dubitant qui dixit. quam diu fecistis uni  
de his minimis meis mihi fecistis. Atq. eisdem operibus  
ut ad pacem di redeant. a peccati scandalo absolui se  
credunt. Recte idem simeon exclamat dicens;  
**N**unc dimittis seruum tuum dne secundum uerbum  
tuum in pace. quia uiderunt oculi mei salutare tuum.  
**A**c si electi dicant. Ideo nos a peccati scandalo secundum  
promissionem tuam absoluens iam in pace reconci-  
liatos. passibus amoris propinquare caelestibus facis.  
quia fidei oculis salutare tuum idest dnm ihm xpm  
in membris eius intueri eum pus operibus amplectere  
meruimus. De quo adhuc siue ille siue isti dno patri

dicunt. quod parasti ante faciem omnium populorum.  
 nisi a toto parte intellegenda sit populorum. quae saluato  
 rem . . . . . in carne uiderit iuxta littere  
 ratione n̄ per . . . . . stabit qui eum nec carneis nec fidei oculis  
 omnes . . . . . na populi conspexerunt. Ante faciem ergo  
 omnium m̄ . . . . . populorum hoc salutare dicitur p̄paratū.  
 quia & om̄ . . . . . e nibus populis in eum crediderunt. qui eum  
 credentes fidei oculis aspexerunt. Nam quod dñs thome  
 dicit. quia uidisti me credidisti. beati qui non uiderunt  
 & crediderunt. hoc de uisione corporali locutus est. De quo  
 & subditur. lumen ad reuelationem gentium & gloriam  
 plebis tuae isrl̄. hoc itaque lumine de tenebris reuelate.  
 hoc inuentae. hoc inlustratae sunt gentes. sicut scriptū est.  
 Gentium populus qui ambulabat <sup>in tenebris</sup>. uidit lucem magnam.  
 sedentibus in regione umbrę mortis. lux orta est eis.  
 De hoc lumine iohannes euangelista testatur dicens.  
 erat lux uera que inluminat omnem hominem  
 uenientem in hunc mundum. De hoc in epistola sua  
 dicit. dñs lux est & tenebrae in eo non sunt ullae.  
 De hoc idem lumine in euangelio ait. lumen uenit  
 in mundum. & dilexerunt homines magis tenebras.  
 quam lucem. Et iterum quam dia sum in mundo.  
 lux sum mundi. quodq. cum sit & iam gloria gen  
 tium in eo. ad gloriam israhel̄is dicitur p̄paratum;  
 quia siue in patriarchis. proph&is. atq. apostolis.  
 Immo & iam in ipso omnium capite x̄po. siue in elo  
 quis dī. amplius gens illa quam gen̄ <sup>tes</sup> gloriosa

monstratur; apostolo attestante qui ait; Quid ergo amplius est iudaeo . aut quae utilitas circumcisiois multum per omnem modum . primum quidem quia credita sunt illis eloquia dei . Et rursus quorum ad hoc . optio est filiorum . & gloria & testamentum . & legis susceptio . & obsequium . & promissa . Quorum patres iudei & ex quibus . xps secundum carnem qui est deus benedictus in saecula amen; Sequitur & erat ioseph & maria mater eius mirantes super his quae dicebantur de illo; Quibus mirantibus & iam nos ipsi miramur . cur ipsi sint super his quae de illo a propheta scilicet dicebantur mirati . Numquid enim ioseph iam in somnis non audierat . Ioseph fili dicitur . noli timere accipere mariam coniugem tuam . quod enim in ea natum est de spiritu sancto pariet autem filium & uocabis nomen eius ihesum . ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum . Numquid & ipsa sacratissima uirgo quae salua uirginitate filium genuisse se sciebat . priusquam pareret uel conciperet ab angelo non audierat . Ave gratia plena dominus tecum . benedicta tu inter mulieres . Spiritus sanctus super ueniet in te & uirtus altissimi obumbrabit tibi . Ideoque & quod nascetur & te sanctum . uocabitur filius dei . Quid ergo admirantur super his quae de illo narrantur nisi quae ceteris mirantibus ut sacramentum impius occultent . Quid sibi uellent talia . quae de tantillo infante ab homine sene dicuntur . & ipsi mirantur; sed audiant adhuc de illo potiora . Denique sequitur & benedixit illis in eorum

& dixit ad mariam matrem eius. Ecce positus est hic in  
 ruinam & in resurrectionem multorum in isrl̄ in signū  
 cui contradicitur. In una redemptoris nr̄i dī hominisq;  
 persona. perfectam dī perfectamq; hominis inesse  
 confitemur naturam. Et ex una quidem dñm. & alte  
 ra seruum. ex una fortem. & altera infirmum. ex una  
 magnum. ex altera paruum. ex una creatorem. & alte  
 ra creatū. ex una pascentem. ex altera esurgentem. ex una  
 recreantem. & altera sitientem. ex una miraculis  
 coruscantem. & altera iniurus subcumbentem. ex una  
 uiuificantem. & altera morientem. ex una suscitantē.  
 ex altera predicamus hunc suscitatum. & cum aliud  
 sit in eo dñs. aliud seruus. aliud fortis. aliud infirmus.  
 aliud magnus. aliud paruus. aliud creans. aliud creatus.  
 aliud pascentis. aliud esuriens. aliud recreans. aliud si  
 tiens. aliud miraculis coruscans. aliud iniurus subcum  
 bens. aliud uiuificans. aliud moriens. aliud resuscitans.  
 aliud resuscitatus. Non tamen alius dñs. alius ser  
 uus. alius fortis. alius infirmus. alius magnus. alius  
 paruus. alius creatus. alius creans. alius pascentis. alius  
 esuriens. alius recreans. alius sitiens. alius miraculis  
 coruscans. alius iniurus subcumbens. alius uiuificans.  
 alius moriens. alius resuscitans. alius resuscitatus.  
 Sed unus idemq; dī atq; hominis filius. Ex uno ut dictū  
 est dñs. ex altero seruus. ex uno fortis. ex altero infir  
 mus. ex uno magnus. ex altero paruus. ex uno  
 creans. ex altero creatus. ex uno pascentis. ex altero esuriens.

ex uno recreans & altero sitiens - ex uno miraculis  
coruscans & altero iniuriis subcumbens - ex uno ui  
uificans & altero moriens - ex uno resuscitans  
& altero resuscitatus intellegitur. Quiq; ante oculos  
mortalium positus ex uno uenerabatur ut dñs. ex altero  
despiciatur ut homo. Deniq; cum hunc iudaeorum po  
pulus cerneret de quinq; paribus tot milia hominum  
pascens infirmos curantem leprosos mundantem  
ac mortuos suscitantem dñi esse arbitrabantur.  
Rursum cum eundem aspicerent esurientem sicientem  
lasciscentem dormientem atq; iniuriis subcumbentem  
purum esse <sup>hominem</sup> suspicabantur. Et haec quidem a put in cer  
tas turbas sed non a put discipulos. Neq; enim in cordib;  
eorum ita uariabatur qui illius assiduis priuatisq; eloquijs  
fruebantur. Quibus & ab ipso dicitur; uobis datum est  
nosse misterium regni di. ceteris autem in parabolis  
ut uidentes non uideant & audientes non intellegant.  
At ubi uentum est ad passionem mortis perit fides  
ablata est omnium spes. Deniq; ut euangelista testat  
omnes eorum relicto fugerunt ex quibus dum unus a metu  
a longe sequitur ad atrium perueniens eundem recog  
nouisse se denegat. Et quis in mortis passione illo ru  
ente non fuerit cum eum p̄cibus eius amator cum auidus  
eius imitator unius ancille uoce territus non semel  
sed ter abnegauerit sed in carne a mortuis resurgente  
resurrexerunt in anima discipuli. Utrumq; autem  
ante passionem eius eadem redemptoris quae tradebatur

nocte in discipulis somno perfidie lapsis ac resuscitatio  
 ne eiusdem redemptoris designatum est. Mors ergo eius.  
 facta est ruina multorum; Resurrectio uero. uita multorum.  
 icatur itaq; ecce positus est hic in ruina. & in resurrectione  
 multorum inissit. Ac si diceretur. eo moriente. multi  
 exstantibus ruerit; eo resurgente. multi ex lapsis resurgent.  
 Quia uero illo quidem moriente. multi ruerunt; & illo  
 resurgente. multi resurrexerunt. Sed in eum qui  
 ex mortuis resurrexit. non omnes crediderunt. Recte  
 subiungitur. & in signum cui contradicitur. Quod  
 enim signamus. ab aliorum notitia abscondimus.  
 Quid autem ante fidelium oculos aliud fuit caro redemp  
 toris quam quod dam diuinitatis eius sigillum abscon  
 sionis. In signum itaq; redemptor n̄r positus fuit.  
 Sed cui nisi illi contradictum fuit. quae causa contra  
 dixit. cui contradixit. quid contra dixit. Ut autem  
 tamquam interroganti cui libet breuiter respondeat.  
 quae causa contradixit. nisi mors carnis; quid contra  
 dixit. nisi non esse d̄m. qui mori potuit ab hominib.  
 ut homo cui contradixit nisi omni incredulo. quae  
 uidelicet contradictio quibusdam uersa in stultitiam  
 apostolo attestante. nos autem praedicamus xp̄m  
 crucifixum iudeis quidem scandalum. gentibus autē  
 stultitiam. sequitur itaq; uenerabilis senex iustus  
 ac propheta dī. et dicit matri ih̄u. & tuam ipsius  
 animam pertransibit gladius ut reuelentur ex mul  
 tis cordibus cogitationes. Sol & non numquam

pd

pdc

pd d̄r

pdd

in scriptura sacra gladii nomine temporalis tribulatio  
figurari. psalmista attestante qui in latis aper secuto  
ribus passiones in ipsos exoptat reflecti dicens. Gladius  
eorum intret in cor ipsorum. hinc idem psalmista  
de ioseph loquitur dicens. ferrum pertransibit animam  
eius donec ueniret uerbum eius. Tam diu fuit nulla  
seruitutis uel carceris tribulatione. Donec <sup>illud</sup> quod prae  
dixerat futurum ueniret. Sed nec aliud hoc loco per  
gladium intellegimus figurari. quamquam autem  
multae tribulationes animam eius trans fodierit  
beatissime uirginis illa tamen hic specialiter de  
signatur. quae dño in cruce moriente materna  
uiscera transfixit. Dicatur <sup>ergo</sup> eidem a scō propheta  
& tuam ipsius animam pertransibit gladius ut re  
uelentur ex multis cordibus cogitationes. Ac si dice  
retur. in aternis uisceribus tribulationis gladio  
transuerberaris. Uidebis in cruce pendentem  
quem angelo nuntiante uirgo concepisti. Manen  
te uirginitate filium edidisti. Quatenus per hoc  
factum & iudaeorum insultantium iniquitas  
& discipulorum fugientium infirmitas denudetur  
Deniq; illo in cruce pendente iudei presentes insul  
tabant ut discenderet. Apostoli fugientes de cruce  
illum posse descendere non credebant. quae  
ut fierent necesse fuit materna piaq; uiscera  
ex eiusdem redemptoris passione gladio tribu  
lationis transfigi. S. *seruatus*

sed iam ista ut coepimus quid tripliciter significant breui-  
 ter demonstramus. Quis enim intra sanctam ecclesiam  
 constitutus non uideat in morte redemptoris nostri illos  
 cadere qui hunc aut solum modo hominem mortalem  
 fuisse. Aut ueram carnem in passione uel in resurrectione  
 non habuisse asseuerunt. & quis in eius resurrectione  
 non conrideret illos resurgere qui perfidia male credu-  
 litatis diuina gratia separati. & in uera hunc carne sal-  
 ua diuinitatis suae impassibilitate ueraciter passum  
 & in uera carne ueraciter a sua magestate suscitatum ad-  
 firmant. Annon alius in uiam alius uero in resurrectione  
 christi factus fuerat. cum paulus de se suisque totus diceret  
 christi bonus odor sumus deo & in his qui pereunt & in his  
 qui salui fiunt. & alius odor mortis in mortem. alius odor  
 uitae in uitam. De illis uero quibus humanitatis carnis  
 diuinitatem abscondit saluatoris. Ita dicit & opertum  
 est euangelium nostrum in his qui pereunt est opertum  
 Iam uero fide uotae ut deus attendamus ipsam beatam  
 uirginem cuius animum gladius trans fodisse perhibet  
 tripum ecclesiae pretendisse repperimus. cuius animum  
 gladius pertransit. scilicet uerbum praedicationis  
 quod enim per gladium praedicationis sanctae figuretur paulus  
 apostolus testatur dicens. & gladium spiritus quod est uerbum  
 dei. Gladius & enim animam mariae transuerbe-  
 rat quia uerbum dei electorum corda penetrat. pene-  
 trans ab errore mortificat ab errore mortificat in  
 ueritate uitae commutat. ut reuelentur inquit.

XVIII

~~pdcc~~

pdcc

ex multis cordibus cogitationes. Ac si dicere & idcirco diu-  
ni uerbi gladius scorum corda funditus ab errore mor-  
tificans in ueritatis doctrinam conmutat ut dum  
quorundam uita uirtutesq; loquendo examinant  
unicuique quibus locuntur intima sua manifestent  
Hinc paulus dicit si omnes prophetent. Intro autem  
quis infidelis uel idiota conuincitur ab omnibus diu-  
catur ab omnibus. occulta & iam cordis eius manifesta  
fiunt. & ita cadens in terram dñm pronuntians quod uere  
dñs est in uobis. Qui autem esse iste prophetae. Ipse  
paulus inferius aperuit dicens prophetae duo uel tres  
dicant & ceteri diiudicent. O Remus autem necesse  
est ut idem gladius nra corda transigat. quatenus  
fidelium turba nobis predicantibus singulorum uirtutes  
acuta exponantibus unicuique. Interiora sua patefiant.  
Sic & erat anna prophetissa filia pharihel de tribu asse-  
haec processerat in diebus multis & uixerat cum uiro suo  
annis septem a uirginitate sua. & haec uidua erat usq;  
ad annos octuaginta quatuor. quae non discedebat  
de templo ieiuniis & obsecrationibus seruens nocte ac die  
et haec ipsa hora super ueniens confitebatur dño & loquebat  
de illo omnibus qui expectabant redemptionem israhel.  
Haec iuxta historiam aperta sunt nec habent aliquid ob-  
scuritatis. Commendent autem castitatem beatae  
mulieris instantiam ieiuniorum atq; obsecrationum  
diei noctisq; templodi inherentis. sed latent in his  
quaedam ecclesiae sacramenta. Quae enim panna

que gratia di interpretatur nisi electorum ecclesia designat  
 Ad cuius membra apostolus loquitur dicens. Gratia salui  
 facti estis per fidem. Quae bene & iam filia phanuhel  
 de tribu asser fuisse perhibetur. Phanuhel quippe in  
 terpretatur facies di. Asser uero uocatur beatus. Et qui  
 alii per faciem di figurantur nisi qui sps sci gratia repl&ti  
 ad cognitionem di humana corda primi perduxerunt.  
 Quia enim per faciem quilib& agnoscitur. Iure facies  
 di uocantur hi per quos agnitio di reuelatur. Quique  
 non in merito asser. Idest. beati uocantur. quia ad &erna  
 paternitatem. siue per inspirata interioris naturalem.  
 siue per datam exterioris legem erudiri meruerunt. Unde  
 scriptum est. beatus homo quem tu erudieris dne  
 & de lege tua docueris eum. In quibus uerbis aperte  
 monstratur electorum ecclesiam filiam esse patriarcha  
 rum ac prophetarum. quae scilic& siue in spiritu siue  
 in uerbo recte & iam prophetissa nuncupatur. De qua  
 subiungitur. Et uixerat cum uiro suo annis septem  
 uirginitate sua. Et qui seius alius uir nisi ille de quo  
 per esaiam prophetam dicitur. In die illa adprehendent  
 septem mulieres uirum unum dicentes panem nr̄m  
 comedem & uestimentis nr̄is operiemur. Tantummodo  
 uocetur: <sup>non nr̄m</sup> super nos aufer obprobrium nr̄m. Quis alius  
 huius est uir nisi ille de quo iohannes apocalipsis dicit  
 ciuitatem sc̄am hierusalem nouam uidi descendente  
 de caelo ad o paratam sicut sponsam ornata uiro  
 suo. Quae & iam antequam xpo sotiatur. Ideo uirgo

diuinitatis

Uel quia tunc idola non colebat. uel certe quia non  
incorrupta sed infecunda erat. Tunc autem hanc sibi  
xps uniuert cum naturam humanam suscipiens euange-  
lium exorsus fuit. Quod itaq; annis septem cum uiro  
suo auirginitate sua uixisse describitur tempus eiusde-  
praedicationis ipso septenario numero figuratiter con-  
cluditur. In quo & septiformem sps sci gratiam ab ipso  
accepit & ipsa in septem mulieribus uel septem ecclesiis  
misticis eidem uniri meruit. Et quia <sup>illo</sup> ascendente ad  
caelos humanitatis eius praesentia desolata est. Iure  
& iam uidua remansisse narratur. an non uidua recte  
uocatur. De qua p̄ beatum iob hereticorum facta men-  
tione dicitur. Paut sterilem & quae non parit & uiduae  
bene non fecit. Illud itaq; gaudii tempus quo praesentia  
uiru in carne fruebatur. Illudq; tristitiae quo eius pre-  
sentia desolanda erat ecclesia. Id est uir eius designans  
dicit non possunt ieiunare filii sponsi quamdiu cum illis  
est sponsus. Ueni & tempus cum ab eis auferetur sponsus  
& tunc ieiunabunt. In numero autem annorum octo-  
ginta quatuor quibus uidua esse describitur totum  
tempus uitae praesentis exprimitur. Legimus enim  
filios isrl̄ usq; quo terram <sup>mis</sup> reprobationis ingrederentur  
quadraginta & duas mansiones itinere habuisse  
quibus scilicet quid aliud quam peregrinatio uitae  
praesentis figuratur. In qua heremi tribulationibus  
exercemur usq; quo ad terram uiuentium ueniamus  
sed propter geminum testamentum uetus scilicet

& nouum Idem quadragenarius ac secundus nume-  
 rus duplicatur et fiunt octoginta quatuor. Sicut  
 enim propter utraq; testamenta duodenarius <sup>numerus</sup> dupli-  
 catus in uiginti quatuor senioribus ecclesiam desig-  
 nat. Sic & iam propter eadem duo testamenta qua-  
 dragenarius ac secundus duplicatus in octogenario tempus  
 figurat. et quod ibi per mansiones hoc hic exprimit  
 per annos. utrumq; enim concorditer praeregrinatio-  
 nem eiusdem ecclesiae denuntiant. De qua & bene sub-  
 iungitur quae non discidebat de templo ieiunus & ob-  
 secrationibus seruens nocte ac die. Ipsa enim est templū  
 quae & uicua ieiunus & obsecrationibus seruens. In  
 templo quoq; ablata sponsi sui corporali specie quia hunc  
 nec dum corporeis oculis intueri ualeat ad nihil aliud  
 magis quam ad ieiunium & orationem uacat. Hinc psal-  
 mista ait. fuerunt mihi lacrimae meae panes die ac nocte  
 dum dicitur mihi cotidie ubi est dñs tuus. Digne itaq;  
 p̄mittit ieiunia ac deinde obsecrationes coniungit.  
 Quae enim esse potest obsecratio. ubi regnat cōmessatio.  
 Quae esse potest deprecatio. ubi dominat assidua potatio.  
 Sed haec dicens cordis & iam uult intellegi ieiunium  
 quo nisi quis ab inmundis cogitationibus ieiunare  
 studeat obsecrationibus uniri dō non ualeat. siue aū  
 isto. siue illo ieiunio simulq; obsecrationibus fulta die  
 ac nocte seruire describitur. Sub audisse in prosperis  
 & in aduersis ab hoc opere non cessat. Sequitur  
 & ut perfecerunt omnia secundum legem dñi reuersi sunt

in galileam ciuitatem suam nazareth. hic iam figu-  
raliter ultima iudaeorum conuersatio designatur  
quando enoch & helia p̄dicantibus x̄ps ad eos reuertit̄.  
Per acta scilicet omnia in hierusalem id est in ecclesia gentiū  
secundum legem dñi noui uidelicet testamenti quasi  
enim per acto sacrificio ab hierusalem in ciuitatem suam  
x̄ps cum parentibus reuertitur cum ad impleta pleni-  
tudine gentium nouissime cum p̄dicantibus sc̄is ad  
eos colligendos & quibus carnem suscepit regreditur.  
Sequit̄ puer autem crescebat & confortabatur plenus  
sapientia & gratia dī erat cum illo. haec de illo secundum  
humanitatem dicta sunt non secundum diuinitatem.  
Nec enim in sua natura crescit in qua plenus est. sed in n̄ra  
in qua paulominus quam ab angelis minoratus est.  
nec in sua confortatur in qua omnium fortitudo. sed in  
n̄ra in qua p̄ nobis infirmatus est. nec in sua ad impleta  
sapientia in qua plenitudo sapientiae est. sed in n̄ra p̄  
nobis exinanitus est. nec in sua gratia indiget. in qua  
omnibus gratiam tribuit. sed in n̄ra in qua ea quae  
cum patre habet accepit. Quae scilicet omnia melius  
ad eius corpus quod est ecclesia. quam ad ipsum caput  
referrī possunt. Usq; enim illud consumetur quod  
apostolus dicit. Donec occurramus omnes in unitate  
fidei & agnitionis filii dī. In uirum perfectum. In men-  
suram etatis plenitudinis x̄pi dñi n̄ri. ut iam non si-  
mus paruuli cotidie in uerbo crescit in fide puer ih̄s.  
cotidie confortatur uirtutibus puer ih̄s. cotidie uerbo

sapientiae adimpleretur puer ih̄s cotidie gratia saluationis  
 iustificatur puer ih̄s. haec de tanta diei sollemnitate breuiter  
 diximus. haec de tantis mysticis sacramentis succincte  
 transcurramus. quia & prolixitatem euangelicae lec-  
 tionis attendimus & ad haec agenda moras breues ha-  
 buimus. De cetero dilectionem ur̄am ammo neo. caris-  
 simi fr̄s. Sitamen animos ur̄os haec locutio fecit inten-  
 tos ut attendatis qua deuotione huius diei sollemni-  
 tatem derelinquo celebrare debeatis. Non sit uile  
 illud spectaculum in quo filius uirginis d̄s & homo con-  
 plectitur. In quo uirgo & mater ostenditur. In quo  
 prophetae. Immo omnium prophetae expectatio  
 adimpleretur. in quo ecclesiae sacramenta declarantur.  
 Quod ipse cordibus inprimere ur̄is dignetur qui ho-  
 diei die sc̄m iustumq; simeonem sp̄s sc̄i in lustra-  
 tione interius pulsans ad templum quo ipse aparen-  
 tibus offerebatur docuit. Immo certe conpulit  
 ire qui cum dō patre & eodem sp̄u sc̄o aequali potesta-  
 te aequali uirtute aequali maiestate aequali  
 aeternitate uiuit & regnat in sc̄ta saeculorum amen: 7

LXXXIII. AD EUANGELIUM. DE DIACONIBUS.

Legimus in esaiā fatuus fatua loquitur. Audio nescio  
 quem in tantam erupisse uecordiam ut diaconos p̄bris.  
 Id est ep̄is ante ferret. Nam cum apostolus principae  
 doceat eosdem esse p̄bros quos ep̄os quid patitur  
 mensarum & uiduarum minister ut super eos se-  
 tumidus efferat ad quorum p̄ces xp̄i corpus sanguisq;

conficitur. Queris auctoritatem Audi testimoniū  
Paulus & timotheus serui ihū xpī omnibus scīs in xpō  
qui sunt philippis cum epīs & diaconibus Vis & aliud  
exemplum in actibus apostolorum ad unius ecclesiae  
sacerdotes ita paulus loquitur. Adtendite uobis & uni  
uerso gregi in quo uos spīs scīs posuit epōs ut regerēt  
ecclesiam dñi quam adquisiuit sanguine suo Ne  
quis contentiose in una ecclesia multos epōs fuisse con  
tendat. Audi & aliud testimoniū in quo manifestissi  
me conprobatur eundem epīm atq; prbīm Propter hoc  
reliquite crete ut ea quae deerant corrigeres & consti  
tueres per ciuitates prbros sicut ego tibi mandau.  
Siquis est *unius* unius uxoris uir sine crimine filios ha  
bens fideles non in accusatione luxuriae aut n̄ subdi  
tos oportet enim epīm sine crimine esse quasi di  
dispensatorem & ad timotheum nolite negligere gratiā  
quae in te est quae tibi data est p̄phetae p̄ inpositionē  
manus prbri. Sed & p̄rus in prima epistola prbros  
inquit in uobis p̄cor conspiter & testis passionis xpī  
& inspicere non ex necessitate sed uoluntariae iuxta  
dñm quod quidem significantius grece dicit n̄ cone pontec  
Unde & nomen epī tractum est parua tibi uidentur  
tantorum uirorum testimonia clangat tuba euan  
gelica filius tonitruū quem ih̄s amabat plurimum  
qui de pectore saluatoris doctrinarū fluentia potabat  
prb̄ electe dñe & filios eius quos ego diligo in ueritate  
Quod aut̄ post ea unus electus est qui ceteris p̄poneret̄

scismatis remedium factum ē. Ne unusquisq. ad se trahens xpi  
 ecclesiam rumpere. Nā & alexandriae amarco euangelista usq.  
 ad eraclam & dionisiū epōs p̄bri semper unum de se electū  
 in celsiori gradu conlocatum ep̄m nominabant. Quomodo  
 si exercitus imperatorem faciat. Aut diaconi elegant  
 ex se quem industrium nouerint & archidiaconū muocent.  
 Quid ergo facit excepta ordinatione ep̄s qđ p̄spit n̄ faciat.  
 Nec altera romanae ecclesiae urbis altera totius orbis ecclesia  
 estimanda est & gallia & brittania & affrica & persis  
 & orientis & india & om̄s barbaras nationes unū xpm ad  
 orant. unam obseruant regulam ueritatis. Si auctoritas  
 queritur urbis maior est urbe. ubicumq. fuerit ep̄s.  
 siue romae. siue egurio. siue constantinopolim. siue  
 regi. siue alexandriae. siue thamis eiusdem meriti  
 eiusdem est sacerdoti potentia diuitiarum & paupertas  
 humilitas uel sublimiorē uel inferiorem ep̄m facit  
 ceterum omnes apostolorū successores sunt. sed dicis quo  
 modo romae ad testimoniū diaconi p̄bri ordinatur.  
 Quid mihi <sup>proferri</sup> unius urbis s̄uetudinē. quid paucitatem de qua  
 horum est sup̄ciliū in leges ecclesiae uindicas omne qđ  
 rarū ē plus habetur. poleium apud indos pipere p̄ciosius ē  
 diaconos paucitas honorabiles p̄bros turba c̄temtibiles fac  
 ceterū in ecclesia & iā romae p̄spiteres sedent & stant diacones. licet  
 paulatim increbrescentibus uicibus inter p̄bros absente ep̄o sedere diacones  
 audierit & in domesticis c̄uitas benedictiones p̄bros dare. Discantq. hoc  
 faciunt n̄ se recte facere. & audiant n̄ dignū ut relinquentes domū d̄mi  
 n̄stremus in sis. Sciant quare diaconi c̄stituti legant acta ap̄torū

conuictis

recondent editionis suae. Prb̄t & ep̄s aliud a&atis aliud dignitatis nom̄ est  
Unde actum theū & actū de ordinatione ep̄i & diaconi dicit de pre  
spiteris omnino reticetur. Quia & in ep̄o & prb̄t continet qui  
prohibet. Aut igitur ex p̄bro ordinet diaconus. Aut prb̄t nouerit  
se lucris minore sacerdotio esse maiore. ut sciamus traditiones  
apostolicas sumptas de ueteri testam̄to. q̄d aaron & filii ei atq;  
leuite in tempore fuerunt. hoc aū sibi ep̄i & p̄bri & diaconi ecclesia

**LXXXIII** **L** uindicent **EPISTOLA SĀI HERO NIMI**

**L**ectio sermonē dignationis tue. que mihi nec opinanti tuā beniuo  
lentia tribuit. Gaius quidē sū testimonio honesti & eloquentis uir  
sed in me & reūsus satis dolui indignū tantis laudib; atq; p̄conio opri  
mi me potius quā leuare. Scis enī dogma n̄ra humilitatis tenere  
uxillū & p̄ma gradientes ad summa nos conscendere quous  
igitur ego uel quantum sum ut eruditus uocis merear testi  
monium ut mihi ab eo palma eloquentiae differatur qui  
scribendo dissertissime deterruit ne scriberem. Verū tam̄  
audiendū est & caritas quae non querit quae sua sunt. sed p̄ximi  
reddat saluationis officia quō <sup>locum</sup> implere non ualeat & p̄ceptoris.  
Gratulor tibi & sc̄ae atq; uenerabili sorori tuae serenille quae  
ϕεπτονομoc calcatis fluctibus saeculi ad x̄pi tranquilla p̄  
uenit quam quā hoc nominis uaticinium & iā in te p̄distina  
tum sit. legimus enim sc̄m quoq; danielē appellatū uirum  
desideriorum & amicum dī. quia ministeria scire desidera  
bat ita quod uenerabilis paula me exortata ut facerē sponte  
facio. **HERONIMUS AD DARDANUM**

**LXXXIV**

**Q**ueris dardane x̄pianorū nobilissime. nobilium  
x̄pianissime quae sit terra repromissionis quā

iudei redeuntes ex aegypto possiderunt cū maiorib; eorū iā fuerit  
 ante possessa. Ac p̄inde non sit promissa sed reddita his enūbis  
 uteres in calce epistolae tuae. Qd̄ interrogas uideris. Lud sentire  
 qd̄ plurimis n̄rorū placet alia remissionis eē terrā remissionis  
 querendā. De qua & d̄d̄ loquit̄ in psalmo. Credo uidere bonā d̄n̄i in terra uiuentiū  
 Et d̄n̄s in euangelio beati matthei qm̄ ipsi possidebunt terrā. Utq; d̄d̄  
 quando haec canebat in sp̄u in terra remissionis erat. Et n̄ solū in  
 iudaeae finib; morabat̄ sed multorū in circuitu nationū uictor ex  
 stiterat quae a torrente aegypti quae est rino cruore usq; ad eufraten  
 fluuiū tendebant̄. Dicens in alio loco in idumeā extendā calciam̄tū  
 meū mihi alieni gene seruient. Quomodo ergo se credebat accipere  
 quod iā uictoria possidebat & ne forsitan legentib; iudaeis ambigū  
 derelinquat quae sit illa terra quā uidere cupiebat. Ipso sermone  
 demonstrat dicens. credo uidere bonā d̄n̄i in terra uiuentiū. Ergo  
 terra iudaeae quae d̄cionis illius erat n̄ est terra uiuentiū. Id est  
 habrahā isaac & iacob. De quib; d̄n̄s in questione resurrectionis  
 dicit. Non eēt d̄i mortuorū sed uiuentiū. Uerū terra & regio mortuorū  
 De quib; loquit̄ in ezechiel anima quae peccauerit ipsa morietur  
 & n̄ mortui laudabunt te d̄n̄e. sed nos qui uiuimus qui in resurrectione  
 occurruri d̄no saluatori. Dicente ap̄to hoc enū dico uob̄ in sermone d̄n̄i  
 qm̄ nos qui uiuimus qui relinquemur in aduentu d̄n̄i n̄ p̄ueniem̄ eos  
 qui dormiunt. De quib; & hieremias loquit̄ relinquentes sup̄ terram  
 scribunt̄ qd̄cūq; p̄mittit. credo uidere bona d̄n̄i. Ad spiritalē nos p̄spi  
 cue trahit intelligentiā. Quae enū bona rex alia requirebat qui  
 tante fuit potentiae ut partis p̄ illorū opib; salamon filius eius  
 quo nullus in orbe terrarū ditior fuit contentus ē. Sed in terra  
 uiuentiū bona illa requirebat. quae nec oculus uidit nec auris

audiuit nec in cor hominis ascenderunt quae p̄parauit d̄s diligētib. se.  
Quod aū in euangelio dicit̄ beati mites qm̄ ipsi possidebunt terrā. Iuxta  
literā sibi uidet̄ esse c̄trarium. Non enī terrae p̄missio mansuē & orū est  
& m̄tū. qui spe & iā a parentib. delicta perdunt p̄opt̄ mansuē & iudicē sed  
uirorū fortū & uiolentorū qui s̄ ad bella promptissimi. Deniq. & in psalmo  
xl iiii qui sub nomine salomonis ad xp̄iecclesiae quae eius sacramtū refert  
scribit̄. Accingere gladiū super femur tuum potentissime. Specuactua  
& decore tuo intende p̄sperare & regna p̄opt̄ mansuē & iudicē & iusticiā  
& ueritatē & deducet te mirabit̄ dextera tua. hic est qui & in psalmo alio  
loquebat̄. Mem̄to dñe dā & omnis mansuetudinise. Et iterū ad sumens  
dñs mansuetos & p̄tius in euangelio. discite a me qui ab humilis sū & man  
suē & iudicē. In cuius t̄po & moyses omnū hominū qui erant sup̄ terram  
mansuē & iudicē scribit̄. haec ē ut diximus terra uiuentū. In qua sc̄s iust  
atq. mansuetos bona dñi p̄parant̄. quae ante aduentū in carne dñi saluatoris  
nec habraham nec isaac nec iacob nec p̄ph̄eae & alii iusti uiri c̄sequi potuer̄  
Deniq. & habrahā licet diuersis locis cū lazaro uidet̄ apud inferos. & iacob  
uir iustus dic̄ lugens & gemens descendā ad infernū. Sanguis xp̄i clauis  
paradisie. Dicentis ad latrone hodie metueris in paradiso. Ita ē ut dixim̄  
terra uiuentū. terra diuitiarū & bonorū d̄i. quae primus adā p̄didit  
et secundus inuenit. Immo ab illo p̄ditā iste restituit. Dicente apostolo  
